9230

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

36..

H. F. van Doeveren



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

KW
235 ~~Grevius~~
D 18 ~~A.156.~~

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

περὶ

ΑΕΡΩΝ, ΥΔΑΤΩΝ, ΤΟΠΩΝ.

HIPPOCRATIS

LIBER DE AERIBUS, AQUIS ET LOCIS.

Iano Cornario Interprete.

Accedunt Foësii Notæ.



Koninklijke Bibliotheek 's Hage

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud JOHANNEM ELSEVIRIUM,

Academ. Typograph.

cIɔ Iɔc LVIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

Περὶ Ἀέρων, Ὑδάτων, Τόπων.

Ἰητρικὴν ὅς τις βούλεται ὀρθῶς ζητεῖν, τάδε χρὴ ποιέειν. πρῶτον μὲν ἐνθυμέεσθαι τὰς ὥρας τοῦ ἔτεος, ὅ, τι δύναται ἀπεργάζεσθαι ἑκάστη. οὐ γὰρ ἐοίκασιν ἀλλήλοις οὐδὲν, ἀλλὰ πολὺ διαφέρουσιν αὐταί τε ἑωυτῶν, καὶ ἐν τῇσι μεταβολῇσιν. Ἔπειτα δὲ τὰ πνεύματα, τὰ θερμά τε καὶ τὰ ψυχρά. μάλιστα μὲν τὰ κοινὰ πᾶσιν ἀνθρώποισιν. ἔπειτα δὲ τὰ ἐν ἑκάστῃ χώρῃ ἐπιχώρια ἐόντα. Δεῖ δὲ καὶ τῶν ὑδάτων ἐνθυμέεσθαι τὰς δυνάμεις. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ

HIPPOCRATIS

De Aeribus, Aquis & Locis Liber.

Quicunque artem medicam integre adſequi velit, primùm quidem temporum anni rationem habere debet, quantum potentia quodlibet eorum valeat. non enim ſimile quicquam in illis exiſtit, verum multum differunt tum invicem, tum & propter varias quæ in eis fiunt mutationes. Deinde ventorum & calidorum & frigidorum, maxime qui ex his omnibus hominibus ſunt communes, & mox qui in unaquaque regione ſunt indigenæ & proprii. Neque verò negligentiorem ſe circa aquarum facultates cognoſcendas exhibere convenit. Quemadmodum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

στόμασι διαφέρουσιν, καὶ ἐν τῷ σταθμῷ, οὕτω δὲ ἡ δύναμις διαφέρει πολὺ ἑκάστου. Ὥστε ἐς πόλιν ἐπειδὰν ἀφίκηταί τις, ἧς ἄπειρός ἐστι, διαφροντίσαι χρὴ τὴν θέσιν αὐτέης, ὅκως κέεται, καὶ πρὸς τὰ πνεύματα, καὶ πρὸς τὰς ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου. οὐ γὰρ τωὐτὸ δύναται ἥτις πρὸς βορέην κέεται, καὶ ἥτις πρὸς νότον, οὐδ' ἥτις πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, οὐδ' ἥτις πρὸς δύνοντα. Ταῦτα δὲ ἐνθυμέεσθαι ὡς κάλλιστα, καὶ τῶν ὑδάτων πέρι ὡς ἔχουσιν, καὶ πότερον ἑλώδεσι χρέονται, καὶ μαλακοῖσιν, ἢ σκληροῖσί τε καὶ ἐκ μετεώρων, καὶ ἐκ πετρωδέων, εἴτε ἁλυκοῖσι καὶ ἀτεράμνοισιν. Καὶ τὴν γῆν, πότερον ψιλή τε καὶ ἄνυδρος, ἢ δασεῖα καὶ ἔφυδρος, καὶ εἴτε ἐν κοίλῳ ἐστὶ καὶ πνιγηρὴ, εἴτε μετέωρος, καὶ ψυχρή. Καὶ τὴν δίαιταν τῶν ἀνθρώπων ὁκοίῃ ἥδονται. πότερον φιλοπόται

enim guſtu differunt & pondere, ſic quoque virtute aliæ aliis longe præſtant. Quare ſiquis ad urbem ſibi incognitam pervenerit, circumſpicere oportet ejus ſitum, quomodo ſcilicet ad ventos & ſolis exortum jaceat. Non enim æquales vires ſunt ad ſeptentrionem ſitæ, & vergentis ad auſtrum: neque ejus quæ ſolem exorientem, & quæ eundem occidentem ſpectat. Hæc itaque diligenter oportet perſcrutari, ac ſimul quomodo circa eam habeant aquæ, numne paluſtribus utantur & mollibus, vel duris & ex ſublimi loco prolabentibus, & ſcaturientibus ex petris, ſive ſalſis & crudis. Terra etiam ipſa conſideranda, nudane ſit, & aquis carens, aut denſa & aquoſa, & an concava ſit, & æſtuoſa, vel alta & frigida. Hominum inſuper diæta perquirenda, qua maxime capiantur: an bibuli ſint, & lurcones,

καὶ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

καὶ ἀεργηταὶ καὶ ἀταλαίπωροι, ἢ φιλογυμνασταί τε καὶ φιλόπονοι, καὶ ἐδωδοὶ καὶ ἄποτοι. Καὶ ἀπὸ τουτέων χρὴ ἐνθυμέεσθαι ἕκαστα. Εἰ γὰρ ταῦτα εἰδείη τις καλῶς, μάλιστα μὲν πάντα, εἰ δὲ μὴ τάγε πλεῖστα, οὐκ ἂν αὐτὸν λανθάνοι ἐς πόλιν ἀφικνεόμενον, ἧς ἂν ἄπειρος ᾖ, οὔτε νοσήματα ἐπιχώρια, οὔτε τῶν κοινῶν ἡ φύσις ὁκοίη τίς ἐστιν, ὥς τε μὴ ἀπορέεσθαι ἐν τῇ θεραπείῃ τῶν νούσων, μηδὲ διαμαρτάνειν. ἃ εἰκός ἐστι γίγνεσθαι, ἢν μή τις ταῦτα πρότερον εἰδὼς πρόφρων τις ᾖ. Περὶ ἑκάστου δὲ χρόνου προϊόντος, καὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ λέγοι ἂν, ὁκόσα τε νοσήματα μέλλει πάγκοινα τὴν πόλιν κατασχήσειν, ἢ θέρεος, ἢ χειμῶνος, ὁκόσα τε ἴδια ἑκάστῳ κίνδυνος γίγνεσθαι, ἐκ μεταβολῆς τῆς

& ocio dediti, aut exercitiis variis utentes, & tolerantes laborum, ciborumque plus appetentes quam poculorum. Atque ex his ſingula ſunt inveſtiganda. Nam qui hæc omnia probe quantum fieri poteſt, cognoverit, aut horum plurima, eum non latere poſſunt, cum in urbem etiam ignotam ſibi pervenerit, neque morbi regioni peculiares & proprii, neque communium natura, quæcunque tandem ea fuerit, ita ut non poſſit in curatione morborum dubius hærere, aut errare. quæ ambo illis evenire ſolent, qui non prius providi hæc diligenter cognoverunt. Quare qui ea ſtudioſe rimatus fuerit, uniuſcujuſque temporis ac anni futuri conſtitutionem prædicere poterit: qui videlicet morbi communi adfectione civitatem ſint invaſuri, tum æſtate, tum hyeme, & quæcunque pericula unicuique ſint timenda ex rationis victus mu-

διαίτης. Εἰδὼς γὰρ τῶν ὡρέων τὰς μεταβολὰς, καὶ τῶν ἄστρων ἐπιτολάς τε καὶ δύσιας, καθότι ἕκαστον τουτέων γίγνεται, προειδείη ἂν τὸ ἔτος ὁκοῖόν τι μέλλει γίγνεσθαι. Οὕτως ἄν τις ἐρευνώμενος καὶ προγινώσκων τοὺς καιροὺς, μάλιστ᾽ ἂν εἰδείη περὶ ἑκάστου, καὶ τὰ πλεῖστα τυγχάνει τῆς ὑγιείης, καὶ κατ᾽ ὀρθὸν φέροιτο οὐκ ἐλάχιστα ἐν τῇ τέχνῃ. Εἰ δὲ δοκέοι τις ταῦτα μετεωρολόγα εἶναι, εἰ μεταστείη τῆς γνώμης, μάθοι ἂν ὅτι οὐκ ἐλάχιστον μέρος συμβάλλεται ἀστρονομίη εἰς ἰητρικὴν, ἀλλὰ πάνυ πλεῖστον. ἅμα γὰρ τῇσιν ὥρῃσιν καὶ αἱ κοιλίαι μεταβάλλουσιν τοῖσιν ἀνθρώποισιν. Ὅκως δὲ χρὴ ἕκαστα τῶν προειρημένων σκοπεῖν καὶ βασανίζειν, ἐγὼ φράσω σαφέως. ἥτις μὲν πόλις πρὸς τὰ πνεύματα κεῖται τὰ θερμά· ταῦτα δ᾽ ἔσται μεταξὺ τῆς τε χει-

tatione. Cum temporum mutationes, & aſtrorum ortus, & occaſus obſervaverit, quemadmodum ſingula horum eveniant, prænoſcet utique & de anno qualis ſit futurus. Hoc nanque modo ſi quis rimatus fuerit, ac præcognoverit temporum occaſiones, maxime de ſingulis ſciet, ut plurimumque ſanitatem adſequetur, & recta via procedet in arte quam maxime. Quòd ſi cui hæc ſublimiora videantur, is ſi ab hac ſententia diſcedat, diſcet ſane non minimam partem conferre ad rem medicam ipſam aſtronomiam, ſed omnino plurimam, quum una cum temporibus & ventriculi in hominibus commutentur. Quomodo autem ſingula quæ diximus, ſcrutari ac explorare oporteat, deinceps dicam manifeſte. Quæcunque civitas ad ventos ſita eſt, calidos: puta autem eos qui inter brumalem ſo-

μερινῆς

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

μεσημβρινῆς ἀναβολῆς τοῦ ἡλίου καὶ τῶν δυσμέων τῶν χειμερινῶν, καὶ αὐτέῃ ταῦτα τὰ πνεύματά ἐστι ξυνώομα. τῶν δὲ ἀπὸ τῶν ἄρκτων πνευμάτων σκέπη. ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἐστὶ, τάτε ὕδατα πολλὰ καὶ ὕφαλα, καὶ ἀνάγκη εἶναι μὴ μετέωρα, τοῦ μὲν θέρεος θερμὰ, τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχρά. Καὶ ὁκόσαι μὲν τῶν πόλεων κέονται γε καλῶς τοῦ ἡλίου καὶ τῶν πνευμάτων, ὕδασι τε χρῶνται ἀγαθοῖσιν, αὗται μὲν ἧσσον αἰσθάνονται τῶν τοιουτέων μεταβολέων. Ὁκόσαι δὲ ὕδασι τε ἐλείοισι χρέονται καὶ λιμνώδεσιν, κεῖνται τε μὴ καλῶς τῶν πνευμάτων καὶ τοῦ ἡλίου, αὗται δὲ μᾶλλον.

lis exortum, itidemque occaſum perflant, huic hi venti peculiares: à ſeptentrionalibus autem ventis tuta & protecta ea civitas exiſtit: aquæ vero ejus multæ, & ſubſalſæ ſunt, & neceſſario non ſublimes, æſtate quidem calidæ, hyeme frigidæ. Et quæ quidem urbes bene ſitæ ſunt ad ſolem & ad ventos, & aquis bonis utuntur, hæ minus à talibus mutationibus afficiuntur. Quæ vero aquis paluſtribus & lacuſtribus utuntur, & non bene ſitæ ſunt ad ventos & ad ſolem, hæ magis. Et ſi quidem æſtas ſicca fuerit, citius ſedantur morbi, ſi vero pluvioſa, diuturni fiunt: & phagedænas ex omni occaſione oriri veriſimile eſt, ſi ulcus fiat. Si vero hyems frigida ſit, homines ca-

Κἢν μὲν τὸ θέρος αὐχμηρὸν γένηται, θᾶσσον παύονται αἱ νοῦσοι. ἢν δὲ ἔπομβρον, πολυχρόνιοι γίνονται, καὶ φαγεδαίνας εἰκὸς ἐγγίνεσθαι ἀπὸ πάσης προφάσιος, ἢν ἕλκος ἐγγίνηται. Τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχροῦ, τούς τε ἀνθρώ-

πους τὰς κεφαλὰς ὑγρὰς ἔχειν καὶ φλεγματώδεας, τάς τε κοιλίας αὐτέων πυκνὰ ἐκταράσσεσθαι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ φλέγματος ἐπικαταῤῥέοντος. τά τε εἴδεα ἐπὶ τὸ πλῆθος αὐτέων ἀτονώτερα εἶναι. ἐσθίειν δ᾽ οὐκ ἀγαθοὺς εἶναι, οὐδὲ πίνειν. ὁκόσοι μὲν γὰρ κεφαλὰς ἀσθενέας ἔχουσιν, οὐκ ἂν εἴησαν ἀγαθοὶ πίνειν. ἡ γὰρ κραιπάλη μᾶλλον πιέζει. Νοσήματά τε τάδε ἐπιχώρια εἶναι. πρῶτον μὲν τὰς γυναῖκας νοσερὰς καὶ ῥοώδεας εἶναι. ἔπειτα πολλὰς ἀτόκους ὑπὸ νόσου, καὶ οὐ φύσει, καὶ ἐκτιτρώσκεσθαί τε πυκνά. τοῖσί τε παιδίοισιν ἐπιπίπτειν σπασμοὺς καὶ ἄσθματα, ἃ νομίζουσιν τὸ παιδίον ποιέειν, καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι. τοῖσι δὲ ἀνδράσιν δυσεντερίας, καὶ διαῤῥοίας, καὶ ἠπιάλους, καὶ πυρετοὺς πολυχρονίους χειμερινοὺς, καὶ ἐπινυκτίδας πολλὰς, καὶ αἱμοῤῥοΐδας ἐν τῇ ἕδρῃ. πλευρίτιδες δὲ, καὶ περιπνευμονίαι καὶ καῦσοι

pita humida ac pituitoſa habere par eſt, & ventres ipſorum frequenter exturbari pituita à capite influente, & formas ipſorum ut plurimum debiliores eſſe, ipſoſque ad edendum ac bibendum non appoſitos eſſe. Nam qui capita debilia habent, non fuerint boni potatores. Crapula enim magis gravat. Morbi vero hi ipſis vernaculi ſunt. Primum quidem mulieres morboſæ, ac fluxionibus obnoxiæ ſunt. Deinde multæ ſteriles ſunt ex morbo, non natura, & frequenter abortiunt. Pueris vero incidunt convulſiones ac anhelationes, quæ morbus puerorum & ſacer eſſe putantur. Viris autem dyſenteriæ, & alvi profluvia, & febres lenes, & diuturnæ hybernæ, & puſtulæ nocturnæ multæ, & hæmorrhoïdes in ſede. Pleuritides autem, peripneumoniæ, & febres ardentes, & quicunque

καὶ ὁκόσα ὀξέα νοσήματα νομίζονται, οὐκ ἐγγίνονται πολλά. οὐ γὰρ οἷόν τε, ὅκου ἂν κοιλίαι ὑγραὶ ἔωσι, τὰς νόσους ταύτας ἰσχύειν. ὀφθαλμίαι τε ἐγγίνονται ὑγραὶ, καὶ οὐ χαλεπαὶ, ὀλιγοχρόνιοι. ἤν μή τι κατάσχῃ νόσημα πάγκοινον ἐκ μεταβολῆς. καὶ ὁκόταν τὰ πεντήκοντα ἔτεα ὑπερβάλλωσι, κατάῤῥοοι ἐπιγενόμενοι ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου παραπληκτικοὺς ποιέουσι τοὺς ἀνθρώπους, ὁκόταν ἐξαίφνης ἡλιωθέωσι τὴν κεφαλὴν, ἢ ῥιγώσωσι. ταῦτα μὲν τὰ νοσήματα αὐτέοισιν ἐπιχώριά ἐστιν. χωρὶς δὲ, ἤν τι πάγκοινον κατάσχῃ νόσημα ἐκ μεταβολῆς τῶν ὡρέων, καὶ τουτέου μετέχουσιν. Ὁκόσαι δ' ἀντικέονται τουτέων πρὸς τὰ πνεύματα τὰ ψυχρὰ, μεταξὺ τῶν δυσμῶν τῶν θερινῶν τοῦ ἡλίου, καὶ τῆς ἀνατολῆς τῆς θερινῆς, καὶ αὐτῇσι ταῦτα τὰ πνεύματα ἐπιχώριά ἐστιν. τοῦ δὲ νότου καὶ

morbi acuti putantur, non multum proveniunt. Non enim fieri poteſt ut iſti morbi vigeant, ubi alvi liquidæ exiſtunt. Lippitudines vero oboriuntur humidæ, non graves, nec diuturnæ, ſi non ex mutatione temporum morbus aliquis omnibus communis occupet. Et ubi quinquageſimum annum tranſgreſſi fuerint, defluxiones ex cerebro accedentes, homines ſemiſideratos faciunt, ubi caput derepente inſolatum, aut frigore correptum fuerit. Atque hi quidem morbi ipſis vernaculi ſunt, præterquam ſi morbus aliquis omnibus communis ex temporum mutatione oboriatur. nam & hujus participes fiunt. Quæcunque vero civitates his ex oppoſito ſitæ ſunt, ad ventos frigidos, inter occaſum ſolis æſtivum & orientem æſtivum: etiam ipſis hi venti vernaculi ac indigenæ ſunt. ab auſtro ve-

τῶν

τῶν θερμῶν πνευμάτων σκέπη. ὧδε ἔχει περὶ τῶν πόλεων τουτέων. πρῶτον μὲν τὰ ὕδατα τὰ σκληρά τε καὶ ψυχρὰ ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος γλυκαίνεται. τοὺς δὲ ἀνθρώπους εὐτόνους τε καὶ σκελιφροὺς ἀνάγκη εἶναι. τούς τε πλείους τὰς κοιλίας ἀτεράμνους ἔχειν καὶ σκληρὰς τὰς κάτω. τὰς δὲ ἄνω εὐροωτέρας. χολώδεάς τε μᾶλλον ἢ φλεγματίας εἶναι. τὰς δὲ κεφαλὰς ὑγιηρὰς ἔχουσι καὶ σκληράς. ῥηγματίαι τε εἰσὶν ἐπὶ τὸ πλῆθος. Νοσεύματα δὲ αὐτέοισιν ἐπιδημεῖται πλευρίτιδές τε πολλαὶ, αἵ τε ὀξεῖαι νομιζόμεναι νοῦσοι. ἀνάγκη δὲ ὧδε ἔχειν, ὁκόταν κοιλίαι σκληραὶ ἐῶσιν. ἔμπυοί τε πολλοὶ γίνονται ἀπὸ πάσης προφάσιος. τουτέου δὲ αἴτιον ἐστὶ τοῦ σώματος ἡ ἔντασις, καὶ ἡ σκληρότης τῆς κοιλίης. ἡ γὰρ ξηρότης ῥηγματίας ποιέει εἶναι, καὶ τοῦ ὕδατος ἡ ψυχρότης. ἐδωδοὺς δὲ ἀνάγκη τὰς τοιαύτας φύσιας εἶναι, καὶ οὐ πολυπότας. οὐ γὰρ οἷόν τε ἅ-

ro & calidis ventis protectæ ſunt. Et de his urbibus ſic res ſe habet. Primum quidem aquæ & duræ & frigidæ ut plurimum dulceſcunt: homines autem vegetos & ſiccos eſſe neceſſe eſt, & plures ventres infernos crudos ac duros habere, ſupernos vero fluidiores, bilioſoſque magis quam pituitoſos eſſe: capita vero ſana ac dura habent: & plerunque vaſa ipſis rumpuntur. Morbi autem populares ipſis hi ſunt, pleuritides, & quos acutos eſſe receptum eſt. Neceſſe eſt autem ita habere, quum alvi duræ exiſtunt: & ſuppurati multi ex omni occaſione fiunt. hujus autem cauſa eſt, corporis intenſio, ac ventris duritia. Siccitas enim, & aquæ frigiditas facit ut vaſa rumpantur. Edaces autem tales naturas eſſe neceſſe eſt, & non multum bibaces.

μα πολυβόρους τε εἶναι, καὶ πολυπότας. ὀφθαλμίας τε γίγνεσθαι μὲν διὰ χρόνου. γίγνεσθαι δὲ σκληρὰς καὶ ἰσχυρὰς, καὶ αὐτίκα ῥήγνυσθαι τὰ ὄμματα. Αἱμοῤῥοίας δὲ ἐκ τῶν ῥινέων τοῖσι νεωτέροισι τριήκοντα ἐτέων γίγνεσθαι ἰσχυρὰς τοῦ θέρεος. τάτε ἱερὰ νοσεύματα καλεύμενα, ὀλίγα μὲν ταῦτα, ἰσχυρὰ δέ. μακροβίους δὲ τοὺς ἀνθρώπους τούτους μᾶλλον εἰκὸς εἶναι ἑτέρων. τάτε ἕλκεα οὐ φλεγματώδεα ἐγγίνεσθαι, οὐδὲ ἀγριοῦσθαι. τάτε ἤθεα ἀγριώτερα, ἢ ἡμερώτερα. τοῖσι μὲν ἀνδράσι τάδε νοσήματα ἐπιχώριά ἐστιν. καὶ χωρὶς, ἤν τι πάγκοινον κατάσχῃ ἐκ μεταβολῆς τῶν ὡρέων. Τῇσι δὲ γυναιξὶ πρῶτον μὲν στρυφναὶ πολλαὶ γίνονται, διὰ τὰ ὕδατα ἐόντα σκληρά τε, καὶ ἀτέραμνα, καὶ ψυχρά. αἱ γὰρ καθάρσιες οὐκ ἐπιγίνονται τῶν ἐπιμηνίων ἐπιτήδειαι, ἀλλὰ ὀλίγαι καὶ πονηραί. ἔπειτα τίκτουσι χαλεπῶς

Non enim fieri poteſt ut ſimul multum edant ac bibant: lippitudineſq; his fieri ex temporis intervallo neceſſe eſt, duras auté ac vehementes, & ſtatim oculos rumpi. Sanguinis item ex naribus fluxiones vehementes æſtate fieri minoribus triginta annis. Morbos etiam ſacros appellatos, paucos quidem, verum vehementes. Longæ vero vitæ magis quam alios, hos homines eſſe par eſt, & ulcera citra inflammationem oboriri, neque efferari. mores vero magis feros quam manſuetos. At viris quidem hi morbi vernaculi ſunt, prætérquam ſi quis omnibus communis ex temporum mutatione ingruat. Ex mulieribus vero, primum quidem multæ ſteriles fiunt, propter aquas quæ duræ ſunt ac crudæ & frigidæ. Purgationes enim menſium non contingunt commodæ, ſed paucæ ac pravæ. Deinde pariunt difficulter, & non valde

λεπῶς

λεπτῶς. ἐκτιτρώσκουσι τε οὐ σφόδρα. ὁκόταν δὲ τέκωσιν τὰ παιδία ἀδύνατοι τρέφειν εἰσί. τὸ γὰρ γάλα ἀποσβέννυται ἀπὸ τῶν ὑδάτων τῆς σκληρότητος καὶ ἀτεράμνης. φθίσιες τε γίνονται συχναὶ ἀπὸ τῶν τοκετῶν. ὑπὸ γὰρ βίης ῥήγματα ἴσχουσι καὶ σπάσματα. τοῖς δὲ παιδίοισιν ὕδρωπες ἐγγίνονται ἐν τοῖσιν ὄρχεσιν, ἕως μικρὰ ᾖ. ἔπειτα προϊούσης τῆς ἡλικίης ἀφανίζονται. ἡβῶσι τε ὀψὲ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει. περὶ μὲν οὖν τῶν θερμῶν πνευμάτων, καὶ τῶν ψυχρῶν, καὶ τῶν πόλεων τουτέων, ὧδε ἔχει ὡς προείρηται. Ὁκόσαι δὲ κέονται πρὸς τὰ πνεύματα μεταξὺ τῶν θερινῶν ἀνατολέων τοῦ ἡλίου καὶ τῶν χειμερινῶν, καὶ ὁκόσαι τὸ ἐναντίον τουτέων, ὧδε ἔχει περὶ αὐτέων.

abortiunt. Vbi vero pepererint, pueros nutrire non poſſunt. Lac enim ab aquarum duritia ac cruditate extinguitur, & tabes frequentes à partu fiunt. Præ violentia enim ruptiones ac vulſuras habent. Pueris autem hydropes in teſtibus fiunt, quandiu parvi fuerint, deinde ætatis progreſſu evaneſcunt. Pubeſcunt autem ſero in hac civitate. Et de calidis quidem ventis ac frigidis, & urbibus ad hos ſitis hoc modo, velut dictum eſt, res habet. Quæcunque vero civitates ſitæ ſunt inter æſtivos ac hybernos Solis ortus, & quæcunque ex oppoſito horum, de ipſis ita habet. Quæ quidem ad orientem ſolem ſitæ ſunt, eas par eſt eſſe ſalubriores iis quæ ad ſeptentrionem converſæ ſunt, & his quæ ad calidos ventos ſitæ ſunt, etiam ſi ſtadium ſolum interſit.

Ὁκόσαι μὲν πρὸς τὰς ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου κέονται, ταύτας εἰκὸς εἶναι ὑγιεινοτέρας τῶν πρὸς τὰς ἄρκτους ἐστραμμένων, καὶ τῶν πρὸς τὰ θερμὰ, ἢν

καὶ

καὶ στάδιον τὸ μεταξὺ ᾖ. πρότερον μὲν γὰρ μετριώτερον ἔχει τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν. ἔπειτα τὰ ὕδατα ὁκόσα πρὸς τὰς τοῦ ἡλίου ἀνατολάς ἐστιν, πάντα λαμπρά τε εἶναι ἀνάγκη καὶ εὐώδη, καὶ μαλακά, καὶ ἐρατεινὰ ἐγγίγνεσθαι ἐν ταύτῃ τῇ πόλει. ὁ γὰρ ἥλιος κωλύει ἀνίσχων καὶ καταλάμπων. τὸ γὰρ ἑωθινὸν ἑκάστοτε αὐτὸς ὁ ἠὴρ ἐπιχεῖ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. τά τε εἴδεα τῶν ἀνθρώπων εὔχροά τε καὶ ἀνθηρά ἐστι μᾶλλον, ἢν μή τις νοῦσος ἄλλη κωλύῃ. λαμπρόφωνοί τε οἱ ἄνθρωποι. ὀργήν τε καὶ ξύνεσιν βελτίους εἰσὶν τῶν πρὸς βορέην. εἴπερ καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐμφυόμενα ἀμείνω ἐστίν. ἔοικέ τε μάλιστα ἡ οὕτω κειμένη πόλις ἦρι κατὰ τὴν μετριότητα τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ. τά τε νοσεύματα ἐλάσσω μὲν γίνεται καὶ ἀσθενέστερα. ἔοικε δὲ τοῖς ἐν ταῖς πόλεσιν γινομένοις νοσεύμασιν, ταῖς πρὸς τὰ θερμὰ πνεύματα ἐστραμμένῃσιν.

Primùm enim moderatior eſt caliditas ac frigiditas: deinde aquas, quæ ad ſolis ortus ſunt, omnes ſplendidas eſſe neceſſe eſt, & odoratas, & molles, & amabiles oriri in hac civitate. Sol enim emergens ac illuſtrans ipſas caſtigat. Matutinum enim tempus ipſe aër ut plurimum ſemper occupat. Et hominum formæ boni coloris ſunt, & magis floridæ, ſi non quis alius morbus prohibeat. Et clara voce præditi ſunt homines, & ad iram & ad intelligentiam præſtantiores Septentrionalibus, ſiquidem & alia quæ in ipſa naſcuntur, meliora exiſtunt. Et civitas, quæ hoc modo ſita eſt, veri maximè ſimilis eſt juxta caliditatis ac frigiditatis moderationem. Et morbi fiunt pauciores ac debiliores, ſimileſque ſunt morbis qui in civitatibus ad ventos calidos converſis oriuntur.

αἵ τε γυναῖκες αὐτόθι ἐναρικύμονές εἰσι σφόδρα, καὶ τίκτουσι ῥηϊδίως. περὶ μὲν τουτέων ὧδε ἔχει. Ὁκόσαι δὲ πρὸς τὰς δύσιας κέονται, καὶ αὐτέησίν ἐστι σκέπη τῶν πνευμάτων τῶν ἀπὸ τῆς ἠοῦς πνεόντων, τά τε θερμὰ πνεύματα παραῤῥεῖ καὶ τὰ ψυχρὰ ἀπὸ τῶν ἄρκτων, ἀνάγκη ταύτας τὰς πόλιας θέσιν κέεσθαι νοσερωτάτην. Πρῶτον μὲν γὰρ τὰ ὕδατα οὐ λαμπρά. αἴτιον δὲ, ὅτι ὁ ἠὴρ τὸ ἑωθινὸν κατέχει ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ὅστις τῷ ὕδατι ἐγκαταμιγνύμενος, τὸ λαμπρὸν ἀφανίζει. ὁ γὰρ ἥλιος πρὶν ἄνω ἀρθῆναι οὐκ ἐπιλάμπει. τοῦ δὲ θέρεος ἕωθεν μὲν αὖραι ψυχραὶ πνέουσι, καὶ δρόσοι πίπτουσι. τὸ δὲ λοιπὸν ἥλιος ἐγκαταδύων, ὥστε μάλιστα διέψει τοὺς ἀνθρώπους. διὸ καὶ ἀχρόους τε εἰκὸς εἶναι, καὶ ἀῤῥώστους. τῶν τε νοσευμάτων πάντων μετέχειν μέρος τῶν προειρημένων, οὐδὲν αὐτέοις ἀποκέκριται. Βαρυ-φώνους

Et fœminæ iſtic valde fœcundæ ſunt, ac facilè pariunt. Et de his quidem ita habet. Quæ vero ad occaſus ſitæ ſunt, & ipſæ à ventis ab Oriente ſpirantibus protectæ ſunt, & tum calidi venti leniter afflant, tum frigidi ab Vrſis præterflant: eas urbes neceſſe eſt ſitu morboſiſſimo poſitas eſſe. Primum enim aquæ non ſunt ſplendidæ. cauſa vero eſt, quod aër matutinum tempus ut plurimum occupat, qui aquæ immixtus, claritatem ejus diſperdit. Sol enim priuſquam elevetur, non illuſtrat. Æſtate verò mane quidem auræ frigidæ ſpirant, & ros decidit: de cætero vero Sol ad ipſas occidens quam maxime homines percoquit. quapropter etiam decolores ac infirmos ipſos eſſe par eſt, & ex omnibus prædictis morbis participare. nulla enim in re ab ipſis ſeparantur. Eſtque veriſimile, ipſos

φώνους τε εἰκὸς εἶναι καὶ βραγχώδεας. διὰ τὸν ἠέρα, ὅτι ἀκάθαρτος ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ αὐτόθι γίνεται, καὶ νοσώδης. οὔτε γὰρ ὑπὸ τῶν βορέων ἐκκρίνεται σφόδρα· οὐ γὰρ προτέχουσι τὰ πνεύματα. ἅτε προσέχουσιν αὐτέοισι καὶ προσκέονται, ὑδατεινότατά ἐστιν. ἐπεὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἑσπέρης πνεύματα ἔοικεν μετοπώρῳ μάλιστα. ἡ θέσις ἡ τοιαύτη τῆς πόλιος κατὰ τάς τε ἡμέρης μεταβολάς, ὅτι πολὺ τὸ μέσον γίγνεται, τοῦ τε ἑωθινοῦ καὶ τοῦ πρὸς τὴν δείλην. περὶ μὲν πνευμάτων, ἅτε ἐστὶν ἐπιτήδεια καὶ ἀνεπιτήδεια, ὧδε ἔχει. Περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ὑδάτων βούλομαι διηγήσασθαι, ἅτε ἐστὶ νοσώδεα, καὶ ἃ ὑγιεινότατα. καὶ ὁκόσα ἀφ' ὕδατος κακὰ εἰκὸς γίνεσθαι, καὶ ὅσα ἀγαθά.

gravi voce præditos ac raucos eſſe propter aërem, eo quod impurus plerumque iſthic eſt, & morboſus. neque enim ab Aquilonaribus valde expurgatur. non enim perſeverant venti. Qui vero perſeverant, ac ipſis incumbunt, aquoſiſſimi exiſtunt. Nam venti Occidentales ſimiles ſunt Autumno. Et hujuſmodi civitatis ſitus eſt ad diei mutationes, eo quod multum temporis inter matutinum ac veſpertinum intercedit. Et de ventis quidem qui commodi ſunt ac incommodi, ita ſe res habet. Cæterum de aquis deinceps narrare volo, quæ morboſæ ſint, & quæ ſaluberrimæ: & quæ mala ab aqua fieri veriſimile eſt, itemque quæ bona. plurimum enim conferunt ad ſanitatem. Quæcunque igitur paluſtres ſunt & ſtabiles ac lacuſtres, eas neceſſe eſt æſtate

πλεῖστον γὰρ μέρος ξυμβάλλεται ἐς τὴν ὑγιείην. Ὁκόσα μὲν οὖν ἐστιν ἑλώδεα, καὶ στάσιμα, καὶ λιμναῖα, ταῦτα ἀνάγκη τοῦ μὲν θέρεως εἶναι θερμὰ

καὶ παχέα, καὶ ὀδμὴν ἔχοντα. ἅτε οὐκ ἀπόρρυτα ἐόντα, ἀλλὰ τοῦτε ὀμβρίου ὕδατος ἐπιτρεφομένου αἰεὶ νέου, τοῦτε ἡλίου καίοντος, ἀνάγκη ἄχροά τε εἶναι, καὶ πονηρὰ, καὶ χολώδεα. τοῦ δὲ χειμῶνος παγετώδεά τε, καὶ ψυχρὰ, καὶ τεθολωμένα, ὑπό τε χιόνος καὶ παγετῶν, ὥστε φλεγματωδέστατα εἶναι, καὶ βραγχωδέστατα. Τοῖσι δὲ πίνουσι σπλῆνας μὲν αἰεὶ μεγάλους εἶναι καὶ μεμυωμένους. καὶ τὰς γαστέρας σκληράς τε, καὶ λεπτὰς, καὶ θερμάς. τοὺς δὲ ὤμους καὶ τὰς κληΐδας καὶ τὸ πρόσωπον καταλεπτοῦσθαι. ἐς γὰρ τὸν σπλῆνα αἱ σάρκες ξυντήκονται, διότι ἰσχνοί εἰσιν. ἐδωδούς τε εἶναι τοὺς τοιουτέους καὶ διψηρούς. τάς τε κοιλίας ξηροτάτας τε καὶ τὰς ἄνω, καὶ τὰς κάτω ἔχειν, ὥστε τῶν φαρμάκων ἰσχυροτέρων δεῖσθαι. τοῦτο μὲν τὸ νόσημα αὐτέοισι ξύντροφόν ἐστι καὶ θέρεος καὶ χειμῶνος. Πρὸς δὲ τουτέοισιν οἱ ὕδρωπές τε καὶ πλεῖστοι γίνονται, καὶ θανατωδέστατοι. Τοῦ

eſſe calidas, ac craſſas & olentes. Quum enim non defluant, ſed aqua pluvia ſemper nova inferatur, & Sol urat, neceſſe eſt ipſas decolores eſſe, & pravas, ac bilioſas: hyeme verò glaciatas & frigidas, ac turbatas præ nive ac glacie, ut pituitoſiſſimæ ac raucoſiſſimæ exiſtant: Bibentibus autem ſplenes ſemper ſint magni, ac elati: & ventres duri, tenues, ac calidi. humeri vero & claviculæ & facies attenuata. In ſplenem enim carnes colliquantur: quapropter graciles exiſtunt. Edaces autem eſſe tales ac ſiticuloſos par eſt, ventreſque tum supernos, tum infernos calidiſſimos habere, ut etiam fortioribus medicamentis opus habeant. Atque hic morbus ipſis æſtate & hyeme familiaris eſt. Ad hæc etiam hydropes plurimi ac lethaliſſimi fiunt. Æſtate enim dy-

γὰρ

διὰ θέρεος δυσεντερίαι τε πολλαὶ ἐμπίπτουσι, καὶ διάρροιαι, καὶ πυρετοί τε τεταρταῖοι πολυχρόνιοι. ταῦτα δὲ τὰ νοσεύματα μηκυνθέντα, τὰς τοιαύτας φύσιας ἐς ὕδρωπας καθίστησι, καὶ ἀποκτείνει. ταῦτα μὲν αὐτέοισι τοῦ θέρεος γίνεται. Τοῦ δὲ χειμῶνος, τοῖς νεωτέροισι μὲν περιπνευμονίαι τε καὶ μανιώδη νοσεύματα. τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι, καῦσοι, διὰ τὴν τῆς κοιλίης σκληρότητα. Τῇσι δὲ γυναιξὶν, οἰδήματα ἐγγίνεται, καὶ φλέγμα λευκὸν, καὶ ἐν γαστρὶ ἴσχουσι μόλις, καὶ τίκτουσι χαλεπῶς· μεγάλα τε τὰ ἔμβρυα, καὶ οἰδέοντα. ἔπειτα ἐν τῇσι τροφῇσι φθινώδεά τε καὶ πονηρὰ γίγνεται. ἥτε κάθαρσις τῇσι γυναιξὶν οὐκ ἐπιγίνεται χρηστὴ μετὰ τὸν τόκον. τοῖσι δὲ

ſenteriæ multæ ac alvi profluvia incidunt, & febres quartanæ diuturnæ. Hi autem morbi longius producti, tales naturas ad hydropas deducunt, & occidunt. Et hi quidem morbi ipſis æſtate fiunt. Hyeme vero iunioribus quidem peripneumoniæ, & inſaniæ morbi: Senioribus vero, febres ardentes, propter ventris duriciem; Mulieribus autem, tumores oboriuntur, & pituita alba, & vix in ventre concipiunt, ac difficulter pariunt, & fœtus magnos ac tumidos, qui poſtea, dum alimento uti cœperint, cum labore contabeſcunt. Neque purgatio commoda poſt partum mulieribus contingit. Pueris vero herniæ accedunt maxime, & viris varices, & ulcera in tibiis. Quare fieri non poteſt, ut tales naturæ longævæ ſint, ſed ante

παιδίοισι, κῆλαι ἐπιγίγνονται μάλιστα, καὶ τοῖσιν ἀνδράσιν κιρσοὶ καὶ ἕλκεα ἐν τῇσι κνήμῃσιν. ὥστε τὰς τοιαύτας φύσιας οὐχ οἷόν τε μακροβίους εἶναι, ἀλλὰ προγηράσκειν τοῦ χρόνου

ἱκνουμένου. ἔπι δὲ αἱ γυναῖκες δοκέουσιν ἔχειν ἐν γαστρὶ, καὶ ὁκόταν ὁ τόκος ᾖ, ἀφανίζεται τὸ πλήρωμα τῆς γαστρός. τοῦτο δὲ γίγνεται ὑπὸ ὑδέρου, ὁκόταν ὑδρωπιήσωσιν αἱ ὑστέραι. τὰ μὲν τοιαῦτα ὕδατα νομίζω μοχθηρὰ εἶναι πρὸς ἅπαν χρῆμα. δεύτερα δὲ, ὅσων εἶεν αἱ πηγαὶ ἐκ πετρέων· σκληρὰ γὰρ ἀνάγκη εἶναι. ἢ εἴτε ὅκου θερμὰ ὕδατά ἐστιν, ἢ σίδηρος γίγνεται, ἢ χαλκὸς ἢ ἄργυρος, ἢ χρυσὸς, ἢ θεῖον, ἢ στυπτηρία, ἢ ἄσφαλτον, ἢ νίτρον. ταῦτα γὰρ πάντα ὑπὸ βίης γίνονται τοῦ θερμοῦ. οὐ τοίνυν ἐκ τοιαύτης γῆς ὕδατα ἀγαθὰ γίνεται, ἀλλὰ σκληρά τε καὶ καυσώδεα, διουρέεται χαλεπὰ, καὶ πρὸς τὴν διαχώρησιν ἐναντία εἶναι. ἄριστα δὲ, ὁκόσα ἐκ μετεώρων χωρίων ῥέει, καὶ λόφων γεηρῶν. αὐτά τε γάρ ἐστι γλυκέα καὶ λευκὰ, καὶ τὸν οἶνον φέρειν ὀλίγον

tempus debitum conſeneſcunt. Præterea fœminæ ſe in utero habere putant, & ubi partus tempus adeſt, ventris moles illa ac plenitudo evaneſcit. Hoc autem contingit ex hydrope, quum uteri aquam combiberint. Atque has quidem aquas ad omnem rem improbas eſſe cenſeo. Secundo vero loco eas, quarum fontes è petris ſcaturiunt (duras enim eſſe neceſſe eſt:) aut iſthic, ubi calidæ aquæ exiſtunt, aut ferrum naſcitur, aut æs, aut argentum, aut aurum, aut ſulphur, aut alumen, aut bitumen, aut nitrum. Hæc enim omnia à violentia caloris naſcuntur. Non itaque ex hujuſmodi terra aquæ bonæ prodeunt, ſed duræ & æſtuoſæ, quæ & difficulter minguntur, & alvum ſiſtunt. Optimæ vero ſunt, quæ ex ſublimibus locis, ac terreis collibus fluunt. Hæ enim & dulces ſunt, & albæ, & vinum modicum ferre

οἷά

οἷά τε ἐστί. τοῦ δὲ χειμῶνος θερμὰ γίνεται, τοῦ δὲ θέρεος ψυχρά. οὕτω γὰρ ἂν εἴη ἐκ βαθυτάτων πηγέων. μάλιστα δὲ ἐπαινέειν, ὧν τὰ ῥεύματα πρὸς τὰς ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου ἐῤῥώγασι, καὶ μᾶλλον πρὸς τὰς θερινάς. ἀνάγκη γὰρ λαμπρότερα εἶναι, καὶ εὐώδεα, καὶ κοῦφα. ὁκόσα δέ ἐστιν ἁλυκὰ, καὶ ἀτέραμνα, καὶ σκληρὰ, τὰ μὲν πάντα πίνειν οὐκ ἀγαθά. εἰσὶ δ' ἔνιαι φύσιες, καὶ νοσεύματα, εἰς ἃ ἐπιτήδειά ἐστι τὰ τοιαῦτα ὕδατα πινόμενα, περὶ ὧν φράσω αὐτίκα. ἔχει δὲ καὶ περὶ τουτέων ὧδε. ὁκόσων μὲν αἱ πηγαὶ πρὸς τὰς ἀνατολὰς ἔχουσι, ταῦτα μὲν ἄριστα αὐτὰ ἑωυτέων ἐστί. δεύτερα δὲ τῶν, τὰ μεταξὺ τῶν θερινῶν ἀνατολέων ἐστὶ τοῦ ἡλίου καὶ δύσεων, καὶ μᾶλλον τὰ πρὸς τὰς ἀνατολάς. τρίτα δὲ, τὰ μεταξὺ τῶν δυσμέων τῶν θερινῶν, καὶ τῶν χειμερινῶν. φαυλότατα δὲ, τὰ πρὸς τὸν νότον, καὶ

poſſunt: & hyeme calidæ fiunt, æſtate vero frigidæ: tales enim ex profundiſſimis fuerint fontibus. Maxime vero laudare eas oportet, quarum fontes ad ſolis exortus erumpunt, & præſertim æſtivos. Neceſſe eſt enim ſplendidiores eſſe, & odoratas, ac leves. Quæcunque vero ſalſæ, & crudæ, ac duræ ſunt, ad hoc quidem ut eas omnes bibant, non bonæ ſunt. Sunt tamen aliquæ naturæ, & morbi, quibus tales aquæ in potu commodæ ſunt, de quibus ſtatim dicam. Habet autem & de his hoc modo. Quæcunque aquæ fontes ſuos ad orientes habent, hæ præ omnibus optimæ ſunt. Secundum ab his locum habent, quæ inter æſtivos ſolis exortus ac occaſus emergunt, & magis hæ quæ ad orientes. Tertio loco ſunt, quæ inter occaſus æſtivos ac hybernos ſcaturiunt. Peſſimæ vero quæ ad auſtrum, & quæ inter

τὰ μεταξὺ θερινῆς ἀνατολῆς καὶ δύσιος. καὶ ταῦτα τοῖσι μὲν νοτίοισιν πάνυ πονηρὰ, τοῖσι δὲ βορέοισιν ἀμείνω. τουτέοισι δὲ πρέπει ὧδε χρέεσθαι. ὅστις μὲν ὑγιαίνει τε καὶ ἔρρωται, μηδὲν διακρίνειν, ἀλλὰ πίνειν αἰεὶ τὸ παρεόν. ὅστις δὲ νούσου εἵνεκα βούλεται τὸ ἐπιτηδειότατον πίνειν, ὧδε ἂν ποιέων μάλιστα τυγχάνοι τῆς ὑγιείης. ὁκόσων μὲν αἱ κοιλίαι σκληραί εἰσι, καὶ ξυγκαίειν ἀγαθαὶ εἶναι, τουτέοισι μὲν τὰ γλυκύτατα ξυμφέρει, καὶ κουφότατα, καὶ λαμπρότατα. ὁκόσων δὲ μαλθακαὶ αἱ νηδύες καὶ ὑγραί εἰσι, καὶ φλεγματώδεες, τούτοισι δὲ τὰ σκληρότατα, καὶ ἀτεραμνότατα, καὶ τὰ ὑφαλυκά. οὕτω γὰρ ἂν ξηραίνοιτο μάλιστα. ὁκόσα γὰρ ὕδατά ἐστιν ἕψειν ἄριστα, καὶ τηκτότατα, ταῦτα καὶ τὴν κοιλίην διαλύειν εἰκὸς μάλιστα, καὶ διατήκειν. ὁκόσα δὲ

æſtivum ortum & occaſum. Et hæ quidem ad auſtrales partes valde pravæ ſunt, ad boreales vero meliores. His autem hoc modo uti convenit. Quiſquis ſanus eſt ac valet, is nullum diſcrimen faciat, ſed ſemper eam, quæ præſens eſt, bibat. Quicunque vero morbi cauſa eam, quæ commodiſſima eſt, bibere volet, is ſi ita fecerit, maxime ſanitatem aſſequi poterit. Quorum ſcilicet ventres duri ſunt, & idonei ad hoc ut accendantur, his dulciſſimæ & leviſſimæ ac ſplendidiſſimæ conducunt. Quorum vero molles ventres, & humidi ac pituitoſi ſunt, his duriſſimæ ac ſubſalſæ aquæ conferunt. Sic enim maximè reſiccari poterunt. Quæcunque enim aquæ ad elixandum & eliquandum emolliendumve maxime ſunt oportunæ, eas par eſt & ventrem maxime exolvere ac eliquare. Quæ

ἐστιν ἀτέραμνα καὶ σκληρὰ καὶ ἥκιστα ἕψειν ἀγαθὰ, ταῦτα δὲ ξυνίστησι μᾶλλον τὰς κοιλίας, καὶ ξηραίνει. ἀλλὰ γὰρ ψευσάμενοί εἰσιν οἱ ἄνθρωποι τῶν ἀλμυρῶν ὑδάτων πέρι, δι' ἀπειρίην, καὶ ὅτι νομίζεται διαχωρητικά. τὰ δὲ ἐναντιώτατά ἐστιν πρὸς τὴν διαχώρησιν· ἀτέραμνα γὰρ, καὶ ἀνέψανα, ὥστε καὶ τὴν κοιλίην ὑπ' αὐτῶν στύφεσθαι μᾶλλον ἢ τήκεσθαι. καὶ περὶ μὲν τῶν πηγέων ὑδάτων ὧδε ἔχει. περὶ δὲ τῶν ὀμβρίων, καὶ ὁκόσα ἀπὸ χιόνος, φράσω ὅκως ἔχει. τὰ μὲν οὖν ὄμβρια κουφότατα, καὶ γλυκύτατά ἐστιν, καὶ λεπτότατα, καὶ λαμπρότατα. τήν τε γὰρ ἀρχὴν ὁ ἥλιος ἀνάγει καὶ ἀναρπάζει τοῦ ὕδατος τότε λεπτότατον καὶ κουφότατον. δῆλον δὲ αἱ ἅλες ποιέουσιν. τὸ μὲν γὰρ ἀλμυρὸν λείπεται αὐτέου, ὑπὸ παχέος καὶ βαρέος, καὶ γίγνεται ἅλες. τὸ δὲ λεπτότατον

ὁ ἥλιος

vero crudæ ſunt, & minime coctu bonæ, hæ magis conſtringunt ventres ac reſiccant. At enim decipiuntur homines quo ad ſalſas aquas, propter imperitiam, quando eas alvum ſolvere exiſtimant: quæ tamen maxime contrariæ ſunt egeſtioni. Nam cum crudæ ſint, & coqui nequeant, venter ab ipſis adſtringitur potius quam ſolvitur. Et de fontanis quidem aquis hoc modo ſe res habet. De pluvialibus autem, & quæ à nive fiunt, quomodo ſe habeant, deinceps dicam. Aquæ igitur pluviales leviſſimæ, & dulciſſimæ, & tenuiſſimæ, ac ſplendidiſſimæ ſunt. Primum enim ſol quod tenuiſſimum ac leviſſimum eſt in aqua, educit, ac ſurſum rapit. Manifeſtum autem hoc fit ex ipſo ſale: nam aquæ id quod ſalſum eſt, relinquitur, præ craſſitudine ac gravitate, & fit ſal: quod verò tenuiſſi-

ὁ ἥλιος ἀναρπάζει ὑπὸ κουφότητος. ἀνάγει δὲ τὸ τοιοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν ὑδάτων μόνον τῶν λιμναίων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐξ ἁπάντων ἐν ὁκόσοισιν ὑγρόν τί ἐστιν. ἔνεστι δὲ ἐν παντὶ χρήματι. καὶ ἐξ αὐτέων τῶν ἀνθρώπων ἄγει τὸ λεπτότατον τῆς ἰκμάδος, καὶ κουφότατον. τεκμήριον δὲ μέγιστον, ὅταν ἄνθρωπος ἐν ἡλίῳ βαδίζῃ, ἢ καθίζῃ, ἱμάτιον ἔχων. ὁκόσα μὲν τοῦ χρωτὸς ὁ ἥλιος ἐφορᾷ, οὐχ ἱδρώη ἄν. ὁ γὰρ ἥλιος ἀναρπάζει τὸ προφαινόμενον τοῦ ἱδρῶτος. ὁκόσα δὲ ὑπὸ τοῦ ἱματίου ἐσκέπασται, ἢ ὑπ' ἄλλου του, ἱδροῖ. ἐξάγεται μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ ἡλίου, καὶ βιάζεται· σώζεται δὲ ὑπὸ τῆς σκέπης, ὥστε μὴ ἀφανίζεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου. ὁκόταν δὲ ἐς σκιὴν ἀφίκηται, ἅπαν τὸ σῶμα ὁμοίως διίει. οὐ γὰρ ἔτι ὁ ἥλιος ἐπιλάμπει. διὰ ταῦτα δὲ καὶ σήπεται τῶν ὑδά-

mum eſt, ſol ſurſum rapit, præ levitate. Rapit autem tale non ſolum ab aquis ſtagnantibus, ſed etiam ex ipſo mari, & ex omnibus, in quibus aliquid humoris ineſt. Ineſt autem in omnibus rebus. Ex ipſis quin etiam hominibus tenuiſſimum ac leviſſimum humorem educit. Ejus rei maximum ſignum inde ſumere licet, ubi homo veſtibus indutus in ſole iter fecerit, aut ſederit. Quaſcunque enim corporis partes ſol aſpicit, hæ non exudant. Sol enim, quicquid comparet ſudoris, ſurſum rapit. Quæ vero partes aut veſte contectæ ſunt, aut quavis alia re, hæ exudant. Educitur enim per vim à ſole ſudor. Servatur autem à tegumentis, ut ne diſperdatur à ſole. Quum verò in umbram devenerit, totum corpus ſimiliter ſudore perfluit. Non enim amplius ſol affulget. Propter eandem quo-

των

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

των τάχιστα ταῦτα, καὶ ὀδμὴν ἴσχει πονηρὴν τὸ ὄμβριον, ὅτι ἀπὸ πλείστων ξυνῆκται, καὶ συμμέμικται. ὥστε σήπεσθαι τάχιστα. ἔτι δὲ πρὸς τουτέοισιν ἐπειδὰν ἁρπασθῇ καὶ μετεωρισθῇ περιφερόμενον καὶ καταμεμιγμένον ἐς τὸν ἠέρα, τὸ μὲν θολερὸν αὐτέου καὶ νυκτοειδὲς ἐκκρίνεται, καὶ ἐξίσταται, καὶ γίγνεται ἠὴρ καὶ ὀμίχλη. τὸ δὲ λεπτότατον καὶ κουφότατον αὐτέου λείπεται, καὶ γλυκαίνεται, ὑπὸ τοῦ ἡλίου καιόμενόν τε καὶ ἑψόμενον. γίγνεται δὲ καὶ τἄλλα πάντα τὰ ἑψόμενα αἰεὶ γλυκέα. ἕως μὲν οὖν διεσκεδασμένον ᾖ, καὶ μήπω ξυνεστήκῃ, φέρεται μετέωρον. ὁκόταν δέ κου ἀθροισθῇ καὶ ξυστραφῇ ἐς τὸ αὐτὸ ὑπὸ ἀνέμων ἀλλήλοισιν ἐναντιωθέντων ἐξαίφνης, τότε καταῤῥήγνυται, ᾗ ἂν τύχῃ πλεῖστον ξυστραφέν.

que cauſam ex omnibus aquis hæ citiſſime putreſcunt: & odorem malum pluvialis aqua habet, eo quod ex plurimis congregata eſt ac permixta, ut citiſſime putreſcat. Ad hæc vero, ubi rapta & in ſublime elevata circunfertur & aëri permiſcetur, pars ejus turbida ac tenebroſa excernitur & ſecedit, fitque aër, & nebula: Tenuiſſima verò ac leviſſima relinquitur, ac dulceſcit, dum à ſole uritur ac coquitur. Fiunt autem & alia omnia quæ coquuntur ſemper dulcia. Quandiu igitur diſperſa fuerit, & nondum congregata, fertur ſublimis. Vbi verò coacervata fuerit, ac à ventis inter ſe adverſariis agitata conglobataque, tunc deorſum prorumpit, qua parte plurima agitatio fuerit. Tunc enim hoc magis fieri veriſimile eſt, quum nebulas à vento ſtabilitatem non habente

τότε γὰρ ἐοικὸς τοῦτο μᾶλλον γίνεσθαι, ὁκόταν τὰ νέφεα, μὴ ὑπὸ ἀνέμου στάσιν ἔχοντος ὡρμημένα

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

μένα ἐόντα καὶ χωρέοντα, ἐξαίφνης ἀντεκόψη πνεῦμα ἐναντίον καὶ ἕτερα νέφεα· ἐνταῦθα μὲν πρῶτον αὐτέου ξυστρέφεται. τὰ δὲ ὄπισθεν, ἐπιφέρεταί τε, καὶ οὕτω παχύνεται καὶ μελαίνεται καὶ ξυστρέφεται ἐς τὸ αὐτὸ, καὶ ὑπὸ βάρεος καταῤῥήγνυται, καὶ ὄμβροι γίνονται. ταῦτα μὲν ἐστιν ἄριστα κατὰ τὸ εἰκός. δεῖται δὲ ἀφέψεσθαι καὶ ἀποσήπεσθαι. εἰ δὲ μὴ, ὀδμὴν ἴσχει πονηρὴν, καὶ βράγχος καὶ βαρυφωνίην τοῖς πίνουσι προσίστασθαι. τὰ δὲ ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλλων, πονηρὰ πάντα ὁκόταν γὰρ ἅπαξ παγῇ, οὐκ ἔτι ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν καθίσταται. ἀλλὰ τὸ μὲν αὐτέου λαμπρὸν, καὶ κοῦφον, καὶ γλυκὺ ἐκκρίνεται, καὶ ἀφανίζεται, τὸ δὲ θολωδέστατον καὶ σταθμωδέστατον λείπεται. γνοίης δ' ἂν ὧδε. εἰ γὰρ

concitatas ac procedentes, derepente ventus contrarius ac aliæ nebulæ reliſerint. Atque tunc quidem prima ipſius pars conglobatur. Quæ vero à poſteriore parte ſunt, inſuper accedunt, & ſic craſſeſcunt, & nigreſcunt, ac ſimul congregantur, & præ gravitate deorſum prorumpunt, & pluuiæ fiunt. Atque hæ quidem aquæ optimæ non ſunt, ſecundum hanc rationem: verum opus habent ut decoquantur, ac excolentur. Sin minus, odorem pravum habent: & raucedines & vocis gravitatem bibentibus inde accedere par eſt. At vero aquæ ex niue ac glacie productæ, omnes malæ ſunt. Quum enim ſemel concretæ fuerint, non amplius in priſtinam naturam reſtituuntur. Sed quod quidem in ipſa clarum, ac leve, & dulce eſt, excernitur ac diſperditur: quod vero turbidiſſimum ac ponderoſiſſimum, relinquitur. Quod ipſum ſic deprehendes. Si hyemis

βȣ́λει, ὅταν οἱ χειμῶνες, ἀγγεῖον, μέτρῳ ἐγχέας ὕδωρ, θεῖναι ἐς τὴν αἰθρίην, ἵνα πήξεται μάλιστα, ἔπειτα τῇ ὑστεραίῃ εἰσενεγκὼν ἐς ἀλέαν, ὅπȣ χαλάσει μάλιστα ὁ παγετὸς, ὁκόταν δὲ λυθῇ ἀναμετρεῖν τὸ ὕδωρ, εὑρήσεις ἔλασσον συχνῷ. τȣ̃το τεκμήριον, ὅτι ὑπὸ τῆς πήξιος ἀφανίζεται καὶ ἀναξηραίνεται τὸ κȣφότατον καὶ λεπτότατον, ȣ̓ τὸ βαρύτατον καὶ παχύτατον· ȣ̓ γὰρ ἂν δύναιτο. ταύτῃ ȣ̃ν νομίζω πονηρότατα ταῦτα τὰ ὕδατα εἶναι τὰ ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλλȣ, καὶ τὰ τȣτέοισιν ἑπόμενα, πρὸς ἅπαντα χρήματα. περὶ μὲν ȣ̃ν ὀμβρίων ὑδάτων, καὶ τῶν ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλλων, ȣ̃τως ἔχει. λιθιῶσι δὲ μάλιστα ἄνθρωποι, καὶ ὑπὸ νεφριτίδων καὶ στραγγȣρίης ἁλίσκονται, καὶ ἰσχιάδων, καὶ κῆλαι γίνονται, ὅκȣ ὕδατα πίνȣσι παντοδα-

tempore vaſculum certa aquæ menſura infuſa ſub dio exponas uti congeletur maxime: deinde poſtridie in locum calidum deportatum ſinas, quo maxime glacies plane liqueſcat: diſſolutam poſtea aquam metiaris, reperies multo pauciorem quam prius fuerit. Atque hoc ſignum eſt, quod ex congelatione id, quod leviſſimum ac tenuiſſimum eſt, diſperditur, & non quod graviſſimum & craſſiſſimum exiſtit, ut quod diſperdi nequeat. Hac igitur de cauſa aquas, à nive ac glacie profluentes, & quaſcunque alias iis ſimiles, peſſimas eſſe puto ad omnes res. Atque ſic quidem de pluvialibus, & nivalibus, ac glacialibus aquis ſe res habet. Calculo vero maxime laborant homines, & ex renum affectionibus, & urinæ ſtillicidio, & coxendicum morbo corripiuntur, & herniæ fiunt, ubi aquas omnigenas bi-

πίνουσι· καὶ ἀπὸ ποταμῶν μεγάλων, εἰς οὓς ποταμοὺς ἕτεροι ἐμβάλλουσι. καὶ ἀπὸ λίμνης, εἰς ἣν ῥεύματα πολλὰ καὶ παντοδαπὰ ἀφικνεῦνται. καὶ ὁκόσοι ὕδασιν ἐπακτοῖσι χρέονται, διὰ μακροῦ ἀγομένοισι, καὶ μὴ ἐκ βραχέος. οὐ γὰρ οἷόν τε ἕτερον ἑτέρῳ ἐοικέναι ὕδωρ, ἀλλὰ τὰ μὲν γλυκέα εἶναι, τὰ δὲ ἁλυκά τε καὶ στυπτηριώδεα, τὰ δὲ ἀπὸ θερμῶν ῥέειν. ξυμμισγόμενα δὲ ταῦτα ἐς ταὐτὸν, ἀλλήλοισι στασιάζει, καὶ κρατέει ἀεὶ τὸ ἰσχυρότατον. ἰσχύει δὲ οὐκ ἀεὶ τωὐτὸ, ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλο. καὶ τὰ πνεύματα. τῷ μὲν γὰρ βορέης τὴν ἰσχὺν παρέχεται, τῷ δὲ ὁ νότος. καὶ τῶν λοιπῶν πέρι ωὑτὸς λόγος. ὑφίστασθαι οὖν τοῖσι τοιούτοισιν ἀνάγκη ἐν τοῖς ἀγγείοις ἰλὺν καὶ ψάμμον. καὶ ἀπὸ τούτων πινομένων τὰ νοσήματα γίνεται τὰ προειρημένα. ὅτι δὲ οὐχ ἅπασιν, ἑξῆς φράσω. ὁκόσων μὲν ἥ τε

κοιλίη

bunt, & de magnis fluminibus, in quæ alia deferuntur: & de ſtagno, in quod rivuli multi ac omnis generis deveniunt: & qui aquis invectitiis utuntur, quæ ex longo, & non brevi locorum intervallo afferuntur. Non enim fieri poteſt, ut altera aqua ſimilis ſit alteri. Sed aliæ dulces ſunt, aliæ ſalſæ, & aluminoſæ, aliæ de calidis fluunt. Vbi ergo hæ ſimul inter ſe miſcentur, diſſident: & quæ fortiſſima eſt, ſemper ſuperat. Prævalet autem non ſemper eadem, ſed alias alia. Sed & ex ventis, alii quidem Boreas robur exhibet, alii vero Auſter. Et de reliquis eadem ratio exiſtit. Talibus igitur neceſſe eſt limum & arenam in vaſis ſubſidere: & ab his, ſi potentur, morbi prædicti fiunt. Cur autem non omnibus, deinceps declarabo. Quorum qui-

κοιλίη εὔροός τε καὶ ὑγιηρής ἐστι, καὶ ἡ κύστις μὴ πυρετώδης, μηδὲ ὁ στόμαχος τῆς κύστιος ξυμπέπρακται λίην, οὗτοι μὲν διουρέουσι ῥηϊδίως, καὶ ἐν τῇ κύστει οὐδὲν ξυστρέφεται. ὁκόσων δὲ αὖ ἡ κοιλίη πυρετώδης ᾖ, ἀνάγκη καὶ τὴν κύστιν τωὐτὸ πάσχειν. ὁκόταν γὰρ θερμανθῇ μᾶλλον τοῦ φύσιος, ἐφλήγμηνεν αὐτῆς ὁ στόμαχος· ὁκόταν δὲ ταῦτα πάθῃ, τὸ οὖρον οὐκ ἀφίησιν, ἀλλ' ἐν ἑωυτέῳ ξυνέψει καὶ συγκαίει. καὶ τὸ μὲν λεπτότατον αὐτέου ἀποκρίνεται, καὶ τὸ καθαρώτατον διΐει καὶ ἐξουρέεται· τὸ δὲ παχύτατον καὶ θολωδέστατον ξυστρέφεται καὶ συμπήγνυται, τὸ μὲν πρῶτον μικρὸν, ἔπειτα μεῖζον γίνεται. κυλινδούμενον γὰρ ὑπὸ τοῦ οὔρου, ὅ τι ἂν ξυνίστηται παχὺ, ξυναρμόζει πρὸς ἑωυτὸ, καὶ οὕτως αὔξεταί τε καὶ πωροῦται. καὶ ὁκόταν οὐρέῃ, πρὸς τὸν στόμαχον

dem alvus ſatis fluida eſt ac ſana, & veſica non ardens, neque os veſicæ valde conſpirat, hi facile urinam ejiciunt, & in veſica nihil ipſis congregatur. Quorum vero alvus ardens ac fervida fuerit, in his neceſſe eſt etiam veſicam idem perpeti. Quum enim magis quàm pro natura fuerit calefacta, os ipſius inflammatur. Vbi vero hæc perpetitur, urinam non demittit, ſed in ſeipſa concoquit, & adurit: & quod quidem tenuiſſimum in ipſa eſt, ſecernitur: & quod puriſſimum eſt, tranſit & emingitur. Quod vero craſſiſſimum ac turbidiſſimum eſt, conglobatur, & concreſcens, primum quidem parvum, deinde majus fit. Dum enim volutatur ab urina, quicquid craſſum compactum fuerit, ad ſeipſum adaptat, atque ſic augeſcit, & in tofum concreſcit. Et quum urinam emittit, ad veſicæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

χον τῆς κύστιος περισπίπτει ὑπὸ τοῦ οὔρου βιαζόμενον, καὶ κωλύει οὐρέειν, καὶ ὀδύνην παρέχει ἰσχυρήν. ὥστε τὰ αἰδοῖα τρίβουσι καὶ ἕλκουσι τὰ παιδία τὰ λιθιῶντα. δοκέει γὰρ αὐτέοις τὸ αἴτιον ἐνταῦθα εἶναι τῆς οὐρήσιος. τεκμήριον δὲ, ὅτι οὕτως ἔχει. τὸ γὰρ οὖρον λαμπρότατον οὐρέουσιν οἱ λιθιῶντες πρὸς τὸ γινόμενον ὀρρόν. ὅτι τὸ παχύτατον καὶ χολωδέστατον αὐτέου μένει, καὶ συστρέφεται. τὰ μὲν πλεῖστα οὕτω λιθιᾷ. γίνεται δὲ παισὶ καὶ ἀπὸ τοῦ γάλακτος, ἢν μὴ ὑγιηρὸν ἦ, ἀλλὰ θερμόν τε λίην, καὶ χολῶδες. τὴν γὰρ κοιλίην διαθερμαίνει, καὶ τὴν κύστιν. ὥστε τὸ οὖρον ξυγκαιόμενον ταῦτα πάσχειν. καὶ φημὶ ἄμεινον εἶναι τοῖς παιδίοισι τὸν οἶνον ὡς ὑδαρέστατον διδόναι. ἧσσον γὰρ τὰς φλέβας ξυγκαίει, καὶ συναυαίνει. τοῖσι δὲ θήλεσιν αἰδοίοις γίνεται οὐχ ὁμοίως. ὁ γὰρ

ſtomachum allabitur ab urina impulſum, & urinæ emiſſionem impedit, & dolorem vehementem exhibet. Quare pueri calculoſi fricant ac trahunt pudenda. Videtur enim ipſis cauſa mictionis eo loco eſſe. Signum autem ejus, quod hæc ita ſe habent, hoc eſt. Vrinam ſplendidiſſimam calculoſi mingunt ad ſimilitudinem ſeri, eo quod id quod craſſiſſimum eſt ac bilioſiſſimum, iſthic manet, & coacervatur. Et plerique ſane hoc modo lapidem & calculum contrahunt. Fit autem pueris etiam ex lacte, ſi non ſalubre id fuerit, ſed valde calidum ac bilioſum. Ventrem enim percalefacit, & veſicam. Quare dum urina aduritur, hæc patitur. Et ſane cenſeo melius eſſe pueris vinum quam aquoſiſſimum dare: minus enim venas adurit ac reſiccat. Muliebribus autem pudendis non ſimiliter contingit.

οὐρητὴρ

οὐρητὴρ βραχύς ἐστιν ὁ τῆς κύστιος, καὶ εὐρὺς, ὥστε βιάζεται τὸ οὖρον ῥηϊδίως. οὔτε γὰρ τῇ χειρὶ τρίβει τὸ αἰδοῖον, ὥσπερ τὸ ἄρσεν, οὔτε ἅπτεται τοῦ οὐρητῆρος· ἐς γὰρ τὰ αἰδοῖα ξυντέτρηνται. καὶ διότι οἱ οὐρητῆρες εἰσὶν εὐρεῖς, καὶ πίνουσι πλεῖον, ἢ οἱ παῖδες. περὶ μὲν οὖν τουτέων ὧδε ἔχει, ἢ ὅτι τουτέων ἐγγύτατα. περὶ δ' ἐτῶν, ὧδε ἄν τις ἐνθυμεύμενος διαγινώσκῃ, ὁκοῖόν τι μέλλει ἔσεσθαι τὸ ἔτος, εἴτε νοσερὸν, εἴτε ὑγιηρόν. ἢν μὲν γὰρ κατὰ λόγον γίνηται τὰ σημεῖα ἐπὶ τοῖς ἄστροισι δύνουσί τε καὶ ἐπιτέλλουσιν, ἔν τε τῷ μετοπώρῳ ὕδατα γένηται, καὶ ὁ χειμὼν μέτριος, καὶ μήτε λίην εὔδιος, μήτε ὑπερβάλλων τὸ καιρὸν τῷ ψύχει. ἔν τε τῷ ἦρι ὕδατα γένηται ὡραῖα, καὶ ἐν τῷ θέρει

Meatus enim urinæ in veſica brevis eſt & amplus, ut facile urina impellatur. Neque enim manu pudendum fricat, veluti maſculus, neque urinæ in veſica meatum contingit: ad pudenda enim perforatus eſt: & quia meatus ſunt ampli, etiam plus bibunt quam pueri. Et de his quidem ſic ſe res habet, aut his quam proxime. Cæterum de annis hoc modo conſideratione facta, quis cognoſcere poſſit, qualiſnam annus ſit futurus, ſalubriſne an morboſus. Si enim ſecundum rationem fiant ſigna in aſtris Occidentibus ac Orientibus: & in autumno aquæ fiant: & hyems ſit moderata, & neque valde clemens, neque modum excedens frigiditate: & vere ac æſtate tempeſtive pluat: tunc ſane ſaluberrimum eſſe annum par eſt. Si vero hyems quidem ſicca ſit, & Borealis, ver autem pluvioſum & au-

οὕτω τὸ ἔτος ὑγιεινότατον εἰκὸς εἶναι. ἢν δὲ ὁ μὲν χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἦρ ἐ-

πομβρον καὶ νότιον, ἀνάγκη τὸ θέρος πυρετῶδες γίνεσθαι, καὶ ὀφθαλμίας ἐμποιεῖν. ὁκόταν γὰρ τὸ πνῖγος ἐπιγένηται ἐξαίφνης, τῆς τε γῆς ὑγρῆς ἐούσης ὑπὸ τῶν ὄμβρων τῶν ἐαρινῶν, καὶ ὑπὸ τοῦ νότου, ἀνάγκη διπλόον τε καῦμα εἶναι, ἀπό τε τῆς γῆς διαβρόχου ἐούσης καὶ θερμῆς, καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου καίοντος. [τῶν τε κοιλιῶν μὴ ξυνεστηκουσῶν τοῖς ἀνθρώποις, μήτε τοῦ ἐγκεφάλου ἀνεξηρασμένου] οὐ γὰρ οἷόν τε τοῦ ἦρος τοιούτου ἐόντος, μὴ οὐ πλαδᾶν τὸ σῶμα καὶ τὴν σάρκα, ὥστε τοὺς πυρετοὺς ἐπιπίπτειν ὀξυτάτους ἅπασιν, μάλιστα δὲ τοῖσι φλεγματίῃσι. τὰς δὲ δυσεντερίας εἰκός ἐστι γίγνεσθαι, καὶ τῇσι γυναιξὶ, καὶ τοῖσιν εἴδεσι τοῖς ὑγροτάτοισι. καὶ ἢν μὲν ἐπὶ κυνὸς ἐπιτολῇ ὕδωρ ἐπιγένηται καὶ χειμὼν, καὶ οἱ ἐτησίαι πνεύσωσιν, ἐλπὶς παύσασθαι, καὶ τὸ μετόπωρον ὑγιηρὸν γενέσθαι. ἢν δὲ μὴ, κίνδυνος θανάτους τε γενέσθαι τοῖσι παιδίοισι, καὶ τῇσι γυναιξὶ

ſtrale, neceſſe eſt æſtatem febriculoſam fieri, & lippitudines inducere. Quum enim æſtus derepente accedat, terra humida exiſtente à vernis imbribus, & ab auſtro: neceſſe eſt æſtum duplicatum eſſe, tum à terra humida ac calida, tum à ſole urente: [cum ventres in hominibus nondum conſtricti ſint, neque cerebrum reſiccatum.] Non enim fieri poteſt, quum ver tale exiſtat, ut corpus & caro non humore madeſcant, adeo ut febres acutiſſimæ omnes invadant, maxime autem pituitoſos. Dyſenterias item par eſt fieri & mulieribus, & habitibus humidioribus. Et ſiquidem circa Canis exortum accedat aqua ac tempeſtas, & Eteſiæ ſpiraverint, ſpes eſt ceſſationis, & autumnum ſalubrem fore. Sin minus, periculum eſt ne & pueri & mulieres moriantur (minime vero

γυναιξὶ

γυναιξὶ (τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσιν ἥκιστα) τοὺς τε περιγενομένους εἰς τεταρταίους ἀποτελευτᾷν, καὶ ἐκ τῶν τεταρταίων ἐς ὕδρωπας. ἢν δ' ὁ μὲν χειμὼν νότιος γένηται, καὶ ἔπομβρος, καὶ εὔδιος, τὸ δὲ ἦρ βόρειόν τε, καὶ αὐχμηρὸν, καὶ χειμέριον, πρῶτον μὲν τὰς γυναῖκας, ὁκόσαι ἂν τύχωσιν ἐν γαστρὶ ἔχουσαι, καὶ ὁ τόκος αὐτέῃσιν ᾖ πρὸς τὸ ἦρ, ἐκτιτρώσκεσθαι. ὁκόσαι δ' ἂν καὶ τέκωσιν, ἀκρατέα τὰ παιδία τίκτειν, καὶ νοσώδη. ὥστε ἢ αὐτίκα ἀπόλλυσθαι, ἢ ζῶσι λεπτά τε ἐόντα, καὶ ἀσθενέα, καὶ νοσώδεα. ταῦτα μὲν τῇσι γυναιξίν. τοῖς δὲ λοιποῖσι δυσεντερίας, καὶ ὀφθαλμίας ξηρὰς, καὶ ἐνίοισι καταῤῥόους ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τὸν πνεύμονα.

ſenes) aut ſi qui ſuperſtites manent, in quartanas deſinant, & ex quartanis in hydropas. Si vero hyems auſtralis fiat, & pluvioſa, & clemens, ver autem boreale & ſiccum & tempeſtuoſum, primum quidem mulieres quæ uterum geſtant, quibus partus ad ver inſtat, abortum facturas eſſe veriſimile eſt: quę vero etiam pepererint, impotentes ac morboſos pueros parituras, ita ut aut ſtatim pereant, aut tenues & debiles ac morboſi vivant. Atque hæc quidem mulieribus. Reliquis vero dyſenterias & lippitudines ſiccas: & aliquibus defluxiones à capite in pulmonem. Pituitoſis igitur dyſenterias fieri veriſimile eſt, etiam mulieribus, pituita de cerebro defluente, propter naturæ humiditatem. Bilioſis vero lippitudines ſiccas,

τοῖσι μὲν οὖν φλεγματίῃσι τὰς δυσεντερίας εἰκὸς γίγνεσθαι, καὶ τῇσι γυναιξὶν, φλέγματος ἐπικαταῤῥυέντος ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου διὰ τὴν ὑγρότητα τῆς φύσιος. τοῖσι δὲ χολώδεσιν, ὀφθαλ-

 μίας

μίαν ξηρὰν, διὰ τὴν θερμότητα καὶ ξηρότητα τῆς σαρκός. τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι, καταῤῥόους, διὰ τὴν ἀραιότητα καὶ τὴν ἔκτασιν τῶν φλεβῶν. ὥστε ἐξαίφνης τοὺς μὲν ἀπόλλυσθαι, τοὺς δὲ παραπλήκτους γίνεσθαι. ὁκόταν γὰρ τοῦ χειμῶνος ἐόντος νοτίου καὶ θερμοῦ τὸ σῶμα μὴ ξυνίσταται, μὴ δὲ φλέβες, τοῦ ἦρος ἐπιγενομένου βορείου, καὶ αὐχμηροῦ, καὶ ψυχροῦ, ὁ ἐγκέφαλος, ὁπηνίκα αὐτὸν ἔδει ἅμα τῷ ἦρι διαλύεσθαι καὶ καθαίρεσθαι ὑπό τε κορύζης καὶ βράγχων, τηνικαῦτα πήγνυταί τε καὶ συνίσταται. ὥστε ἐξαίφνης τοῦ θέρεος ἐπιγενομένου, καὶ τοῦ καύματος, καὶ τῆς μεταβολῆς ἐπιγινομένης, ταῦτα τὰ νοσεύματα ἐπιπίπτειν. τῶν τε κοιλιῶν μὴ ξυνεστηκουσῶν τοῖς ἀνθρώποις, μήτε τοῦ ἐγκεφάλου ἀνεξηρασμένου, καὶ λειεντερίαι καὶ ὕδρωπες τελευτῶσι τοῖσι νοσεύμασι ἐπιγίγνονται.

propter carnis caliditatem ac ſiccitatem. Valde autem ſenibus defluxiones, propter rarefactionem ac diſtenſionem venarum, adeo ut aliqui derepente pereant, aliqui ſemiſiderati (aut dextra aut ſiniſtra parte) fiant. Quum enim hyems ſit auſtralis, & pluvioſa, ac calida, & corpus non conſtringatur, neque venæ: vere accedente boreali & ſicco ac frigido, cum per id tempus cerebrum diſſolvi ac purgari deberet à gravedine ac raucedine, tunc potius condenſatur ac conſtringitur. Vt proinde æſtate accedente, & ardore ac mutatione contingente, ſubito hi morbi incidant. Iam cum ventres hominibus necdum conſiſtant, neque cerebrum adhuc ſit reſiccatum, inteſtinorum levitates & aqua intercus fere reliquis morbis deſinentibus ſupervenient, quum non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

γίνονται. οὐ γὰρ ἀποξηραίνονται αἱ κοιλίαι ῥηϊδίως. ἢν δὲ τὸ θέρος ἔπομβρον γένηται, καὶ νότιον, καὶ τὸ μετόπωρον, χειμῶνα ἀνάγκη νοσερὸν εἶναι. καὶ τοῖς φλεγματίησι, καὶ τοῖς γεραιτέροισι τεσσαράκοντα ἐτέων καύσους γίνεσθαι εἰκός· τοῖσι δὲ χολώδεσιν, πλευρίτιδας, καὶ περιπλευμονίας. ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν γένηται καὶ βόρειον, τὸ δὲ μετόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον, κεφαλαλγίας ἐς τὸν χειμῶνα, καὶ σφακέλους τοῦ ἐγκεφάλου εἰκὸς γίνεσθαι. καὶ προσέτι βράγχους, καὶ κορύζας, καὶ βῆχας· ἐνίοισι δὲ καὶ φθίσιας. ἢν δὲ βόρειόν τε ᾖ καὶ ἄνυδρον, καὶ μήτε ὑπὸ κύνα ἔπομβρον, μήτε ἐπὶ τῷ ἀρκτούρῳ, τοῖσι μὲν φλεγματίησι φύσει ξυμφέροι, μάλιστα καὶ τοῖς ὑγροῖς τὰς φύσιας, καὶ τῇσι γυναιξί. τοῖσι δὲ χολώδεσι τοῦτο πολεμιώτατον γίνεται. λίην γὰρ ἀναξηραίνονται.

queant facile ventriculi à concepta humiditate exſiccari. Si autem æſtas pluvioſa ſit, & auſtrina, ſimiliſque ſequatur autumnus, neceſſe eſt hyemem morbidam eſſe: & his qui pituita abundant, & qui quadrageſimum annum exceſſerunt, febres ardentes fieri veriſimile eſt: qui verò bile abundant, pleuritides ac peripneumonias. Si vero æſtas ſicca exiſtat, & borealis, ſequens vero autumnus pluvioſus & auſtralis, capitis dolores ad hyemem expectare convenit, & cerebri corruptiones: præterea raucedines, gravedines, & tuſſes, aliquibus etiam tabes. Quod ſi borealis ſit autumnus ac ſiccus, & neque ſub Cane, neque ſub Arcturo pluvioſus, confert pituitoſis natura, & maxime qui natura ſunt humida, & mulieribus. Bilioſis autem infeſtiſſimum hoc tempus exiſtit. Valde

καὶ

καὶ ὀφθαλμίαι αὐτέοισιν ἐπιγίγνονται ξηραὶ, καὶ πυρετοὶ ὀξέες καὶ πολυχρόνιοι, ἐνίοισι δὲ μελαγχολίαι. τῆς γὰρ χολῆς τὸ μὲν ὑγρότατον καὶ ὑδαρέστατον ἀναλοῦται, τὸ δὲ παχύτατον καὶ δριμύτατον λείπεται· καὶ τοῦ αἵματος κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον· ἐφ' ὧν ταῦτα νοσεύματα αὐτέοις γίγνεται. τοῖσι δὲ φλεγματίῃσι ἐφ' ὧν ταῦτα ἀρωγά ἐστιν. ἀποξηραίνονται γὰρ, καὶ ἐς τὸν χειμῶνα ἀφικνέονται, ὑπ' ἄλλων τ' ἐς ἄλλα ἀναξηραινόμενοι. κατὰ ταῦτα τις ὁ νοσεύμενος, καὶ σκοπεύμενος, προειδείη ἂν τὰ πλεῖστα τῶν μελλόντων ἔσεσθαι ἀπὸ τῶν μεταβολέων. φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ μάλιστα τὰς μεταβολὰς τῶν ὡρέων τὰς μεγίστας, καὶ μήτε φάρμακον διδόναι ἑκόντα, μήτε καίειν ὅ, τι ἐς κοιλίην, μήτε τέμνειν, πρὶν παρέλθωσιν αἱ ἡμέραι δέκα, ἢ καὶ πλείονες. μέ-

enim exſiccantur, acciduntque eis lippitudines aridæ, & febres acutæ, ac diuturnæ, & aliquibus bilis atra: ſi quidem, quod liquidiſſimum ac aquoſiſſimum in bile eſt, conſumitur, denſiſſimum vero & acerrimum relinquitur: quod idem accidit ſecundum eandem rationem & circa ſanguinem: unde hi morbi illis accidunt. Pituitoſis autem hæc omnia commoda ſunt. Exſiccantur enim, & in hyemem perducuntur, ſucceſſione temporum ſimilium reſiccati. Hæc igitur ſi quis mente concipiet & conſiderabit, is præcognoſcet plurima eorum quæ ex hujuſmodi mutationibus ſunt futura. Maxime autem obſervare oportet magnas temporum mutationes, ut neque pharmacum in illis facile exhibeamus, neque uramus partes circa ventrem, neque ſecemus, priuſquã prætereant dies decem aut

ϛα δέ ἐστιν αἱ δέκα. καὶ ἐπικινδυνώταται ἡλίου τροπαὶ ἀμφότεραι, καὶ μᾶλλον θεριναί. καὶ ἰσημεριναὶ νομιζόμεναι εἶναι ἀμφότεραι, μᾶλλον δὲ αἱ μετοπωριναί. δεῖ δὲ καὶ τῶν ἄστρων τὰς ἐπιτολὰς φυλάσσεσθαι, καὶ μάλιστα τοῦ κυνός, ἔπειτα ἀρκτούρου, καὶ ἐπὶ πληϊάδων δύσι. τά τε γὰρ νοσεύματα μάλιστα ἐν ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσιν κρίνεται, καὶ τὰ μὲν ἀποφθίνει, τὰ δὲ λήγει, τὰ ἄλλα πάντα μεθίσταται εἰς ἕτερον εἶδος, καὶ ἑτέρην καθίστασιν. περὶ μὲν τουτέων οὕτως ἔχει. βούλομαι δὲ περὶ τῆς Ἀσίης καὶ τῆς Εὐρώπης δεῖξαι, ὁκόσον διαφέρουσιν ἀλλήλων ἐς τὰ πάντα, καὶ περὶ τῶν ἐθνῶν τῆς μορφῆς, τί διαλλάσσει, καὶ μηδὲν ἔοικεν ἀλλήλοισι. περὶ μὲν οὖν ἁπάντων, πολὺς ἂν εἴη λόγος. περὶ δὲ τῶν μεγίστων, καὶ πλεῖστον διαφερόντων, ἐρέω ὥς μοι δοκεῖ ἔχειν.

plures, maxime autem ſunt decem. Periculoſiſſima ſunt etiam ambo ſolſtitia, maxime vero æſtivum. Periculoſum etiam æquinoctium utrumque, magis vero autumnale. Oportet autem & aſtrorum exortus conſiderare, præcipue Canis, deinde Arcturi, & Pleiadum occaſum. Morbi enim in his maximę diebus judicantur, aliique perimunt, alii vero deſinunt, aut in aliam ſpeciem, aliumque ſtatum tranſmutantur. Et circa hæc quidem, ſicut dixi, ſe res habet. Volo autem & de Aſia & Europa demonſtrare, quantum differant inter ſe per omnia, & de gentium formis quatenus diſtant, nihilque inter ſe ſimile habent. Et quidem de omnibus dicere ſi quis inſtituat, in immenſum excreſceret ſermo: quare de præcipuis tantum, & plurimum differentibus dicam, quantum ſaltem mihi in ea re eſt com-

τὴν

τὴν Ἀσίην πλεῖστον διαφέρειν φημὶ τῆς Εὐρώπης, ἐς τὰς φύσιας τῶν ξυμπάντων, τῶν τε ἐκ τῆς γῆς φυομένων, καὶ τῶν ἀνθρώπων. πολὺ γὰρ καλλίονα καὶ μείζονα πάντα γίγνεται ἐν τῇ Ἀσίῃ. ἥ τε χώρη τῆς χώρης ἡμεροτέρη, καὶ τὰ ἔθνεα τῶν ἀνθρώπων ἠπιώτερα, καὶ εὐεργότερα. τὸ δὲ αἴτιον τουτέων, ἡ κρᾶσις τῶν ὡρέων. ὅτι τοῦ ἡλίου ἐν μέσῳ τῶν ἀνατολῶν κεῖται πρὸς τὴν ἠῶ, τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ ποῤῥοτέρω. τὴν δὲ αὔξησιν καὶ ἡμερότητα παρέχει πλεῖστον ἁπάντων, ὁκόταν μηδὲν ᾖ ἐπικρατέον βιαίως, ἀλλὰ παντὸς ἰσομοιρίη δυναστεύῃ. ἔχει δὲ κατὰ τὴν Ἀσίην οὐ πανταχῇ ὁμοίως. ἀλλ᾽ ὅση μὲν τῆς χώρης ἐν μέσῳ κεῖται τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, αὕτη μὲν εὐκαρποτάτη ἐστὶν, καὶ εὐδενδροτάτη, καὶ εὐδιεστάτη, καὶ ὕδασι κάλλιστα κέχρηται, τοῖσι

pertum. Aſiam igitur plurimum differre ab Europa aſſero ſecundum naturas omnium ex terra naſcentium, itemque hominum. Longe enim pulcriora & majora omnia naſcuntur in Aſia. Eſtque regio ipſa, hac noſtra multo manſuetior, ſunt etiam hominum mores benigniores & cultiores. Cauſa vero horum eſt, temporum anni temperata miſtura. Siquidem in medio ſolis exortu ſita eſt ad auroram, à frigiditate ac caliditate omni remotior. Incrementum autem & benignitatem inde proficiſci omnibus in confeſſo eſt, quum nihil ſit præcellens & cogens violenter, ſed per omnia æqualitas vigeat. Cæterum non habent ubique per totam Aſiam omnia ſecundum eundem modum. Quæcunque enim in ea regio in medio calidi & frigidi ſita eſt, ea omnium fertiliſſima exiſtit, & arboribus refertiſſima, & maxime ſerena, aquiſ-

τε οὐρανίοισι, καὶ τοῖσιν ἐκ τῆς γῆς. οὔτε γὰρ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ἐκκέκαυται λίην, οὔτε ὑπὸ αὐχμῶν καὶ ἀνυδρίης ἀναξηραίνεται, οὔτε ὑπὸ ψύχεος βεβιασμένη, νοτία τε καὶ διάβροχός ἐστιν, ὑπό τε ὄμβρων πολλῶν καὶ χιόνος. τά τε ὡραῖα αὐτόθι πολλὰ ἐοικὸς γίνεσθαι, ὁκόσα τε ἀπὸ σπερμάτων, καὶ ὁκόσα αὐτὴ ἡ γῆ ἀναδιδοῖ φυτά, ὧν τοῖσι καρποῖσι χρέονται ἄνθρωποι, ἡμεροῦντες ἐξ ἀγρίων, καὶ ἐς ἐπιτήδειον μεταφυτεύοντες. τά τε ἐντρεφόμενα κτήνεα εὐθηνέειν εἰκὸς καὶ μάλιστα, τίκτειν τε πυκνότατα, καὶ ἐκτρέφειν κάλλιστα. τούς τε ἀνθρώπους εὐτραφέας εἶναι, καὶ τὰ εἴδεα καλλίστους, καὶ μεγέθει μεγίστους, καὶ ἥκιστα διαφόρους ἔς τε τὰ εἴδεα αὐτέων καὶ τὰ μεγέθεα. εἰκός τε τὴν χώρην ταύτην τοῦ προσεγγύτατα εἶναι κατὰ τὴν

que utitur & cœleſtibus & ex terra promanantibus. Neque enim à calore combuſta eſt valde, neque à ſqualore & aquarum inopia exſiccatur, neque à frigore oblæditur: verum auſtris perflabilis, & irrigua eſt, tum propter imbres multos, tum propter nives. Fructus autem multos in ea naſci par eſt, ſive ex ſparſis ſeminibus hi proveniant, ſive terra ipſa per ſe ſponte producat plantas, quarum fructibus utuntur homines, eas ex agreſtibus cicures & domeſticas facientes, & pro commoditate ſua tranſplantantes. Pecora etiam ibi enutrita pleniora proveniunt, & pariunt ſæpius, & pulcherrime educantur. Quin & homines habiliores eſſe, ac ſpecie pulcherrimos, & magnitudinis eximiæ conſtat, forma interim ac corporum proceritate non admodum diſſimiles. Certumque eſt hanc regionem proxime accedere ad naturã homi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

φύσιν καὶ τὴν μετριότητα τῶν ὡρέων. τὸ δὲ ἀνδρεῖον, καὶ τὸ ἀταλαίπωρον, καὶ τὸ ἔμπονον, καὶ τὸ θυμοειδὲς, οὐκ ἂν δύναιτο ἐν τοιαύτῃ φύσει ἐγγίγνεσθαι· μήτε ὁμόφυλον, μήτε ἀλλόφυλον, ἀλλὰ τὴν ἡδονὴν κρατέειν. διότι πολύμορφα γίνεται τὰ ἐν τοῖς θηρίοις. περὶ μὲν οὖν Αἰγυπτίων, καὶ Λιβύων, οὕτως ἔχειν μοι δοκεῖ. περὶ δὲ τῶν ἐν δεξιᾷ τοῦ ἡλίου τῶν ἀνατολῶν τῶν χειμερινῶν μέχρι Μαιώτιδος λίμνης (οὗτος γὰρ ὅρος τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίης) ὧδε ἔχει περὶ αὐτέων. τὰ δὲ ἔθνεα ταῦτα, ταύτῃ διάφορα αὐτὰ ἑωυτέων μᾶλλόν ἐστι τῶν προδιηγημένων, διὰ τὰς μεταβολὰς τῶν ὡρέων, καὶ τῆς χώρης τὴν φύσιν. ἔχει δὲ καὶ κατὰ τὴν γῆν ὁμοίως, ὥσπερ καὶ κατὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους. ὅκου γὰρ αἱ ὧραι μεγίστας μεταβολὰς ποιέονται καὶ πυκνοτάτας, ἐκεῖ καὶ ἡ χώρη ἀγριωτάτη καὶ ἀνωμαλωτάτη

nis ac temperiem anni temporum. Virilitas autem, malorum item & laborum tolerantiã, ac audacia, hiſce naturis ingenerari nequit, neque generis vel ſocietas, vel diverſitas, ſed libido dominatur: eaque propter multiformes ferarum partus eduntur. Atque ſic quidem de Ægyptiis ac Libycis mihi habere videtur. Qui vero ad dextram hyberni ortus ſolis uſque ad Mæotidem paludem habitant (hic eſt enim Europæ & Aſiæ terminus) ſic habent. Multo major diverſitas eſt inter illas ipſas gentes, quam de quibus jam dixi, cum propter varias temporum mutationes, tum ob regionis naturam. Eadem namque terrarum ratio eſſe videtur, quæ & reliquorum hominum. Vbi enim tempora magnas mutationes faciunt & frequentiſſimas, illic & regio agreſtis & maxi-

λωτάτη

λωτάτη ἐστί· καὶ εὑρήσεις ὄρη τε πλεῖστα καὶ δασέα, καὶ πεδία, καὶ λειμῶνας ὄντας. ὅκου δὲ αἱ ὧραι μὴ μεγάλαι ἀλλάσσουσιν, ἐκείνοις ἡ χώρη ὁμαλωτάτη ἐστίν. οὕτω δὲ ἔχει καὶ περὶ τῶν ἀνθρώπων, εἴ τις βούλεται ἐνθυμέεσθαι. εἰσὶ γὰρ φύσιες αἱ μὲν ὄρεσιν ἐοικυῖαι δενδρώδεσί τε καὶ ἐφύδροισιν. αἱ δὲ λεπτοῖσί τε καὶ ἀνύδροις. αἱ δὲ λειμακεστέροις τε καὶ ἑλώδεσιν. αἱ δὲ πεδίῳ τε καὶ ψιλῇ καὶ ξηρῇ. αἱ γὰρ ὧραι, αἱ μεταλλάσσουσαι τῆς μορφῆς τὴν φύσιν, εἰσὶ διάφοροι. ἢν δὲ διάφοροι ἔωσι μετὰ σφῶν αὐτέων, διαφοραὶ καὶ πλείονες γίνονται τοῖς εἴδεσιν. καὶ ὁκόσα μὲν ὀλίγον διαφέρει τῶν ἐθνέων, παραλείψω. ὁκόσα δὲ μεγάλα ἢ φύσει, ἢ νόμῳ, ἐρέω περὶ αὐτῶν ὡς ἔχει. καὶ πρῶτον περὶ τῶν μακροκεφάλων. τουτέων γὰρ οὐκ ἔστιν

me inæqualis exiſtit, inveniaſque montes plurimos atque denſos, campos & prata in ſummitate habentes. Vbi autem non valde variant tempora, illic æqualiſſima regio eſt. Quod ipſum quoque in hominibus ipſis reperitur, ſi quis animum advertat. Dantur enim naturæ quædam, montanis, ſylvoſis ac aquoſis locis ſimiles: quædam montanis nudis atque ſiccis: aliæ item pratorum ac paludum naturam referunt, aliæ planitierum nudæque ac ſiccæ terræ. Tempora enim, quæ formarum naturam variant, ſunt diverſa. Quumque inter ſeſe fuerint maxime diverſa, varias & multiplices formas producunt. Cæterum ut eas quæ parum ab aliis diſferunt, gentes præteribo, ita eas, quæ plurimum non natura ſolum ſed & legibus ac conſuetudinibus diſcrepant quomodo ſe habeant, recenſebo. A Macrocephalis autem ordiar, quum nulla omnino alia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

ἄλλο ἔθνος ὁμοίως τὰς κεφαλὰς ἔχον οὐδέν. τὴν μὲν γὰρ ἀρχὴν, ὁ νόμος αἰτιώτατος ἐγένετο τοῦ μήκεος τῆς κεφαλῆς· νῦν δὲ καὶ ἡ φύσις ξυμβάλλεται τῷ νόμῳ. τοὺς γὰρ μακροτάτην ἔχοντας τὴν κεφαλὴν γενναιοτάτους ἡγέονται. ἔχει δὲ περὶ νόμου ὧδε. τὸ παιδίον ὁκόταν γένηται, τάχιστα τὴν κεφαλὴν αὐτέου ἔτι ἁπαλὴν ἐοῦσαν, μαλακοῦ ἐόντος, ἀναπλάσσουσι τῇσι χερσὶν, καὶ ἀναγκάζουσιν ἐς τὸ μῆκος αὔξεσθαι, δεσμά τε προσφέροντες, καὶ τεχνήματα ἐπιτήδεια, ὑφ' ὧν τὸ μὲν σφαιροειδὲς τῆς κεφαλῆς κακοῦται, τὸ δὲ μῆκος αὔξεται. αὐτὸς τὴν ἀρχὴν ὁ νόμος κατειργάσατο, ὥστε τοιαύτην τὴν φύσιν γενέσθαι. τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, ἐν φύσει ἐγένετο, ὥστε τὸν νόμον μηκέτι ἀναγκάζειν. ὁ γὰρ γόνος πανταχόθεν ἔρχεται, ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν ὑγιηρὸς τοῦ σώματος,

gens ſit, quæ ſimilia capita habeat. A principio igitur inſtitutum hominum cauſam dediſſe videtur, ut tam ſint longis capitibus. Nunc autem natura ipſa cum lege conſpiravit. Si quidem generoſiſſimum apud eos putatur, caput habere quam maxime longum. Legis vero hæc ratio eſt. Quum recens infans natus eſt, caput ejus adhuc tenerum ac molle exiſtens quam celerrime refingunt manibus, conſtringendoque cogunt in longitudinem augeri, vinculis adhibitis, aliiſque inſtrumentis oportunis, quibus rotunditas capitis inhibeatur, longitudo augeatur. Ab hujuſmodi lege ſive inſtituto principium naturæ datum. Temporis deinde progreſſu in naturam penitus abiit, ut non eſſet neceſſe amplius legem adhibere. Quum enim ſemen genitale ab omnibus corporis partibus procedat, à ſanis

ἀπό τε τῶν νοσερῶν νοσε-
ρός. εἰ οὖν γίγνονται ἔκ τε
τῶν φαλακρῶν φαλα-
κροὶ, καὶ ἐκ γλαυκῶν
γλαυκοὶ, καὶ ἐκ διεστραμ-
μένων στρεβλοὶ, ὡς ἐπὶ
τὸ πλῆθος, καὶ περὶ τῆς
ἄλλης μορφῆς ὁ αὐτὸς
λόγος· τί κωλύει, καὶ ἐκ
μακροκεφάλου μακρο-
κέφαλον γίγνεσθαι; νῦν
δ' ὁμοίως οὐκέτι γί-
γνονται ὡς πρότερον· ὁ
γὰρ νόμος οὐκ ἔτι ἰσχύει
διὰ τὴν ἀμέλειαν τῶν
ἀνθρώπων. περὶ μὲν οὖν
τούτων οὕτως μοι δοκεῖ.
περὶ δὲ τῶν ἐν Φάσει, ἡ
χώρη ἐκείνη ἑλώδης ἐστὶ,
καὶ θερμὴ, καὶ ὑδατεινὴ,
καὶ δασεῖα· ὄμβροι τε
αὐτόθι γίγνονται πᾶσαν
ὥρην πολλοί τε καὶ ἰσχυ-
ροί· ἥτε δίαιτα τοῖς ἀν-
θρώποις ἐν τοῖς ἕλεσιν
ἐστίν. τά τε οἰκήματα
ξύλινα καὶ καλάμινα ἐν
ὕδασι μεμηχανημένα.
ὀλίγη τε χρέονται βαδίσει
κατὰ τὴν πόλιν, καὶ τὸ
ἐμπόριον, ἀλλὰ μονοξύλοις διαπλέουσιν ἄ-

quidem ſanum, à mor-
bidis morboſum, fiat-
que ut ex calvis calvi gi-
gnantur, ex cæſiis cæ-
ſii, & utplurimum di-
ſtortus diſtortum gene-
ret, eademque ratio ſit
circa reliquas formas:
quid prohibeat, quin
etiam ex macrocepha-
lis macrocephali gi-
gnantur? Etiamſi nunc
non tam longis am-
plius naſcantur capi-
tibus quemadmodum
prius, lege per incuriam
hominum non amplius
durante. Et de his qui-
dem hæc ſufficiant. Iam
quo ad eos qui Phaſim
accolunt, regio eorum
paluſtris eſt, calida,
aquoſa, & denſa, im-
breſque in eam decidunt
omnibus temporibus &
magni & vehementes:
homines verò ipſi vitam
agunt in paludibus, do-
moſq; ligneas & ex arun-
dinibus in ipſis aquis
habent extructas, neque
longe vel in urbem, vel
in emporium prodeunt,
ſed naviculis ex uno li-
gno fabrefactis ſurſum
ac deorſum navigant,

ναι καὶ κάτω· διώρυγες γὰρ πολλαί εἰσιν. τὰ δὲ ὕδατα θερμὰ καὶ στάσιμα πίνουσιν, ὑπό τε τοῦ ἡλίου σηπόμενα, καὶ ὑπὸ τῶν ὄμβρων ἐπαυξόμενα. αὐτός τε ὁ Φάσις, στασιμώτατος πάντων τῶν ποταμῶν, καὶ ῥέων ἠπιώτατα. οἵτε καρποὶ γινόμενοι αὐτέοι πάντες ἀναλθέες εἰσὶν, κατατεθηλυσμένοι, καὶ ἀτελέες, ὑπὸ πολυπληθείης τοῦ ὕδατος· διὸ καὶ οὐ πεπαίνονται. ἠήρ τε πουλὺς κατέχει τὴν χώρην ἀπὸ τῶν ὑδάτων. Διὰ ταύτας δὴ τὰς προφάσιας, τὰ εἴδεα ἀπηλλαγμένα τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἔχουσιν οἱ Φασιηνοί. τά τε γὰρ μεγέθη μεγάλοι, τὰ πάχεα δ' ὑπερπαχέες. ἄρθρον τε κατάδηλον οὐδὲν, οὐδὲ φλέψ. τὴν τε χροιὴν ὠχρὴν ἔχουσιν, ὥσπερ ὑπὸ ἰκτέρου ἐχόμενοι. φθέγγονταί τε βαρύτατον ἀνθρώπων, τῷ ἠέρι χρώμενοι οὐ

cum foſſas ac ductus aquarum habeant plurimos. Bibunt autem aquas calidas & ſtagnantes, quæ & à ſole ſunt putrefactæ, & ab imbrium caſu auctæ. Ipſeque fluvius Phaſis omnium fluviorum ſtagnantiſſimus eſt, & tardiſſimus. Fructus autem qui illic naſcuntur omnes inſalubres ſunt, evirati, imperfectique, præ multitudine aquarum, neque unquam mateſcunt. Aër denique denſus ab aquis elatus regionem occupat. Ob has igitur cauſas Phaſiani formam corporum à reliquis hominibus habent longe diverſam. Sunt enim magnitudine ingenti, ac craſſitie monſtroſa: neque juncturæ eorum ullæ, neque venæ comparent: pallidumque præ ſe ferunt ſemper colorem, quemadmodum qui regio ſunt obnoxii morbo: vocem autem, ut ſi qui alii, omnium hominum maxime gravem habent, cum aëre utantur non claro, ſed

λαμπρῷ,

λαμπρῷ, ἀλλὰ χνοώδεϊ τὲ καὶ διερῷ. πρὸς ταλαιπωρέειν τὲ τὸ σῶμα ἀργότεροι πεφύκασιν. αἵ τε ὧραι οὐ πολὺ μεταλλάσσουσιν, οὔτε πρὸς τὸ πνῖγος, οὔτε πρὸς τὸ ψῦχος. τά τε πνεύματα πολλὰ νότια, πλὴν αὐτῆς μιῆς ἐπιχωρίης· αὕτη δὲ πνέει ἐνίοτε βίαιος, καὶ χαλεπὴ, καὶ θερμὴ καὶ κέγχρονα ὀνομάζουσι τοῦτο τὸ πνεῦμα. ὁ δὲ βορέης οὐ σφόδρα ἀφικνεῖται. ὁκόταν δὲ πνέῃ, ἀσθενὴς καὶ βληχρός. περὶ μὲν τῆς φύσιος, καὶ τῆς διαφορῆς, καὶ τῆς μορφῆς τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ καὶ τῇ Εὐρώπῃ, οὕτως ἔχει. περὶ δὲ τῆς ἀνθρώπων ἀθυμίης καὶ τῆς ἀνανδρείης, ὅτι ἀπολεμώτεροί εἰσιν τῶν Εὐρωπαίων οἱ Ἀσιηνοὶ, καὶ ἡμερώτεροι τὰ ἤθεα, αἱ ὧραι αἴτιαι μάλιστα, οὐ μεγάλας τὰς μεταβολὰς ποιούμεναι, οὔτε ἐπὶ τὸ θερμὸν, οὔτε ἐπὶ τὸ ψυχρὸν, ἀλλὰ παραπλήσιαι.

caliginoſo, & ſupra modum humido. Sunt inſuper ad laborem à natura ipſa ſegniores: annique tempora non varias habent vel quo ad æſtum, vel quo ad frigus permutationes. Venti autem eis ſunt plurimi auſtrini, præter unum ejus regionis proprium & indigenam, qui aliquando violentior ac moleſtior calidiorque ſpirat, quem Cenchrona appellant. Boreas vero non admodum ad eos pervenit: quod ſi aliquando ſpirat, debilis tamen exiſtit ac valde lenis. De natura ergo ac diverſitate & forma eorum, qui Aſiam & Europam incolunt, ita ſe res habet. Quod autem timidiores, effœminatiores, magiſque imbelles Aſiani exiſtant, cum Europeis collati, moribus item manſuetiores, tempora anni in cauſa ſunt, quæ non magnas permutationes vel caloris vel frigoris habent, ſed ſemper æqualia permanent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

οὐ γὰρ γίνονται ἐκπλήξιες τῆς γνώμης, οὔτε μεταστάσιες ἰσχυρὴ τοῦ σώματος. ἀφ' ὅτων εἰκὸς τὴν ὀργὴν ἀγριοῦσθαί τε, καὶ τοῦ γνώμονος καὶ θερμοῦ μετέχειν μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ αὐτέῳ ἀεὶ ὄντα. αἱ γὰρ μεταβολαί εἰσι τῶν πάντων, ἀεί τε ἐγείρουσι τὴν γνώμην τοῦ ἀνθρώπου, καὶ οὐκ ἐῶσι ἀτρεμίζειν. Διὰ ταύτας ἐμοὶ δοκέει τὰς προφάσιας ἄναλκες εἶναι τὸ γένος τὸ Ἀσιηνόν, καὶ προσέτι διὰ τοὺς νόμους. τῆς γὰρ Ἀσίης τὰ πολλὰ βασιλεύεται. ὅκου δὲ μὴ αὐτοὶ ἑωυτέων εἰσὶ καρτεροὶ ἄνθρωποι, μὴ δὲ αὐτόνομοι, ἀλλὰ δεσπόζονται, οὐ περὶ τουτέου αὐτέοισιν ὁ λόγος ἐστὶν, ὅπως τὰ πολέμια ἀσκήσωσιν, ἀλλ' ὅκως μὴ δόξωσι μάχιμοι εἶναι. οἱ γὰρ κίνδυνοι οὐχ ὅμοιοι εἰσίν. τοὺς μὲν γὰρ στρατεύεσθαι εἰκὸς, καὶ ταλαιπωρέειν, καὶ ἀποθνήσκειν ἐξ ἀνάγκης ὑπὲρ τῶν δεσποτῶν, ἀπὸ

Neque enim animi à ſuo ſtatu dimoventur, neque corpora vehementer tranſmutantur: quibus tamen de cauſis & mores efferari & intelligentiam amplius excitari par eſt, quam ſi ſemper in eodem ſtatu quis perſiſtat. Mutationes enim ſunt, quæ hominis mentem ſemper excitant, neque ſinunt quieſcere. Propter quas ſane cauſas imbelle univerſum Aſianorum genus exiſtit. Sed & propter leges. Multo maxima enim Aſiæ pars ſub regibus eſt. Vbi autem non in ſua poteſtate vivunt homines, neque ſui juris ſunt, ſed dominis ſubjecti, ibi non multum curant, quomodo ſe ad bellum præparent, quin potius curant, ut ne bellicoſi eſſe videantur. Periculorum enim magna eſt inęqualitas. Hi ſiquidem in militiam proficiſci, laboreſque perferre, ac mortem oppetere pro dominis ſuis coguntur, relictis interim domi li-

τε παιδίων καὶ γυναικὸς ἀπεόντας, καὶ τῶν λοιπῶν φίλων. καὶ ὁκόσα μὲν ἂν χρηστὰ καὶ ἀνδρεῖα ἐργάζωνται, οἱ δεσπόται ἀπ' αὐτέων αὔξονταί τε καὶ ἐκφύονται· τοὺς δὲ κινδύνους καὶ θανάτους αὐτοὶ καρποῦνται. ἔτι δὲ πρὸς τουτοισι τῶν τοιουτέων ἀνθρώπων ἀνάγκη ἐρημοῦσθαι τὴν γῆν ὑπό τε πολεμίων καὶ ἀργίης, ὥστε καὶ εἴ τις φύσει πέφυκεν ἀνδρεῖος καὶ εὔψυχος, ἀποτρέπεσθαι τὴν γνώμην ἀπὸ τῶν νόμων. μέγα δὲ τεκμήριον τούτων. ὁκόσοι γὰρ ἐν τῇ Ἀσίῃ ἕλληνες ἢ βάρβαροι μὴ δεσπόζονται, ἀλλ' αὐτόνομοί εἰσι, καὶ ἑωυτέοισι ταλαιπωρέουσιν, οὗτοι μαχιμώτατοι εἰσὶ πάντων. τοὺς γὰρ κινδύνους ἑωυτέων πέρι κινδυνεύουσιν, καὶ τῆς ἀνδρείης αὐτέοι τὰ ἆθλα φέρονται, καὶ τῆς δειλίης τὴν ζημίην ὡσαύτως. εὑρήσεις δὲ καὶ τοὺς Ἀσιηνοὺς διαφέροντας αὐτοὺς ἑωυτέων,

beris, uxoribus, ac reliquis amicis. Quod ſi viriliter & feliciter bellum geſſerint, dominis inde commoda accedunt, eorumque facultates inde augentur: ipſis præter pericula & cædes nihil demetitur. Deinde vero hujuſcemodi hominum animos manſueſcere neceſſe eſt etiam propter inertiam bellicam & otium, cum ut quis maxime natura virilis ſit & animoſus, legibus tamen à militari ſtudio avertatur. Cujus rei magnum indicium vel inde habere licet: quod quicunque in Aſia Græci itemque Barbari dominis non ſubſunt, ſed jure ſuo vivunt, ſibiipſiſque omnes labores lucrifaciunt, illi bellicoſiſſimi omniũ exiſtunt. Periclitantur enim ſibiipſis, virilitatiſque præmia ipſis reportant, ſicut timiditatis ac ignaviæ pœnas luunt pariter. Invenias autem & Aſianos ipſos inter ſe

ἐωυτέων, τοὺς μὲν βελτίονας, τοὺς δὲ φαυλοτέρους ἐόντας. τουτέων δὲ αἱ μεταβολαὶ αἴτιαι τῶν ὡρέων, ὥσπερ μοι εἴρηται ἐν τοῖσι προτέροισι. καὶ περὶ μὲν τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ οὕτως ἔχει. ἐν δὲ Εὐρώπῃ ἐστὶν ἔθνος σκυθικὸν, ὃ περὶ τὴν λίμνην οἰκεῖ τὴν Μαιῶτιν, διαφέρον τῶν ἐθνέων τῶν ἄλλων, Σαυρομάται καλεῦνται. τουτέων αἱ γυναῖκες ἱππάζονταί τε καὶ τοξεύουσι, καὶ ἀκοντίζουσιν ἀπὸ τῶν ἵππων, καὶ μάχονται τοῖς πολεμίοις, ἕως ἂν παρθένοι ἔωσιν. οὐκ ἀποπαρθενοῦνται δὲ μέχρις ἂν τῶν πολεμίων τρεῖς ἀποκτείνωσι. καὶ οὐ πρότερον συνοικέουσιν, ἤπερ τὰ ἱερὰ θύσωσι τὰ ἐν νόμῳ. ἣ δ᾽ ἂν ἄνδρα ἑωυτῇ ἄρηται, παύεται ἱππαζομένη, ἕως ἂν μὴ ἀνάγκη καταλάβῃ παγκοίνου στρατείης. τὸν δεξιὸν δὲ μαζὸν οὐκ ἔχουσι. παιδίοις γὰρ ἐοῦσιν ἔτι νηπίοις,

plurimum differentes, generoſiores alios, alios degeneres: quorum omnium cauſa ad temporum mutationes eſt referenda, quemadmodũ & in præcedentibus dixi. Et hæc quidem de Aſia. In Europa verò genus hominum eſt Scythicum, circa paludem habitans Mæotim, quod à reliquis gentibus maxime differt: Sauromatæ appellantur. Horum fœminæ equites ſunt, arcubus utuntur, ac ſagittas jaculantur ex equis, cum hoſtibus congredientes, dum virgines exiſtunt: neque devirginantur prius, quam hoſtium tres confecerint: neque prius maritis cohabitant, quam ſacra Deo patrio more fecerint. Quod ſi qua ſibi virum acceperit, ab equitatu libera eſt, niſi neceſſitas cogat communi expeditione omnes arma ſumere. Dexteram autem mammam non habent. Nam puellis adhuc infantibus matres æreo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

κὶ μηλέρες χάλκεον τετεχνημένον καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ διάπυρον ποιέουσι, περὶ τὸν μαζὸν τιθέασι τὸν δεξιὸν, καὶ ἐπικαίεται, ὥστε τὴν αὔξησιν φθείρεσθαι, ἐς δὲ τὸν δεξιὸν ὦμον καὶ βραχίονα πᾶσαν τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ πλῆθος ἐκδιδόναι. περὶ δὲ τῶν λοιπῶν Σκυθέων τῆς μορφῆς, ὅτι αὐτοὶ ἑωυτοῖσιν ἐοίκασι, καὶ οὐδαμῶς ἄλλοις, ωὑτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν Αἰγυπτίων. πλὴν ὅτι οἱ μὲν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ εἰσὶ βεβιασμένοι, οἱ δ' ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ. ἡ δὲ Σκυθέων ἐρημίη καλευμένη πεδιάς ἐστι, καὶ λειμακώδης, καὶ ψιλὴ, καὶ ἔνυδρος μετρίως. ποταμοὶ γάρ εἰσι μεγάλοι, οἳ ἐξοχετεύουσι τὸ ὕδωρ ἐκ τῶν πεδίων. ἐνταῦθα καὶ οἱ Σκῦθαι διαιτεῦνται. νομάδες δὲ καλεῦνται, ὅτι οὐκ ἔστιν οἰκήματα, ἀλλ' ἐν ἁμάξαις οἰκοῦσιν. αἱ δὲ ἅμαξαί εἰσιν, αἱ μὲν ἐλάχισται τετράκυκλοι, αἱ δὲ ἑξάκυκλοι. αὗται δὲ πίλοις περιπεφραγμέναι

inſtrumento in hunc uſum parato, igneque candefacto, eam auferunt ac exurunt, ne iterum ſuccreſcere contingat, atque ut omnis vis ac robur in dextrum humerum & brachium deferatur. Cæterum reliqui Scythæ, quod ad formam attinet, ipſi ſibi ſimiles ſunt, aliis diſſimiles: quemadmodum etiam Ægyptii ipſi inter ſe: præterquam quod hi à calore, illi à frigore coguntur. Cæterum ſolitudo, quæ Scythica dicitur, in planitie ſita eſt, pratis abundans, ſublimis, & mediocriter aquoſa. Sunt enim fluvii in ea magni, in quos aqua ex campis per rivos deducitur. In hac itaque Scythæ degunt, qui Nomades vocantur, propterea quod nullas habeant domos, ſed in curribus habitent: quorum vel minimi quatuor rotis, reliqui ſex circumaguntur: luto inſuper obtu-

μέναι. εἰσὶ δὲ καὶ τετεχνασμέναι ὥσπερ οἰκήματα, τὰ μὲν ἁπλᾶ, τὰ δὲ τριπλᾶ. ταῦτα δὲ καὶ στεγνὰ πρὸς ὕδωρ, καὶ πρὸς χιόνα, καὶ πρὸς τὰ πνεύματα. τὰς δὲ ἁμάξας ἕλκουσι ζεύγεα, τὰς μὲν δύο, τὰς δὲ τρία βοῶν, κέρως ἄτερ. οὐ γὰρ ἔχουσι κέρατα ὑπὸ ψύχεος. ἐν ταύταις μὲν οὖν ταῖς ἁμάξαις γυναῖκες διαιτεῦνται. αὐτοὶ δ' ἐφ' ἵππων ὀχεῦνται οἱ ἄνδρες. ἕπονται δὲ αὐτέοις καὶ τὰ πρόβατα ἐόντα, καὶ αἱ βόες, καὶ οἱ ἵπποι. μένουσι δ' ἐν τῷ αὐτέῳ τοσοῦτον χρόνον, ὅσον ἂν ἀπόχρη ὠυτέοισι τοῖς κτήνεσιν ὁ χόρτος. ὁκόταν δὲ μηκέτι, εἰς ἑτέρην χώρην ἔρχονται. αὐτοὶ δ' ἐσθίουσι κρέα ἑφθὰ, καὶ πίνουσι γάλα ἵππων, καὶ ἱππάκην τρώγουσι, τοῦτο δ' ἐστὶ τυρὸς ἵππων. τὰ μὲν εἰς τὴν δίαιταν αὐτέων οὕτως ἔχει καὶ τοὺς νόμους. περί τε τῶν ὡρέων καὶ τῆς μορφῆς, ὅτι πολὺ ἀπήλλακται

rati, ac inſtar domorum fabrefacti, aliqui ſimplici, aliqui etiam triplici tabulato: & probe coagmentati adverſus omnes injurias aquarum, nivis, ac ventorum. Trahunt autem currus alios quidem boum paria duo, alios tria, atque hi cornibus carent, quum præ frigore cornua eis non enaſcantur. Et in his quidem curribus degunt mulieres. In equis autem vehuntur viri. Sequuntur autem ſimul & oves, quas poſſident, & boves, & equi: & tamdiu in uno ſubſiſtunt loco, dum ſufficit ipſis pecoribus pabulum: quo deficiente, in aliam regionem commigrant. Veſcuntur autem ipſi carnibus coctis, bibuntque lac equinum, comedunt etiam hippacen, id eſt caſeum equinum. Hactenus ergo de victu & moribus eorum diximus: de temporibus anni item ac formis, qui-

λακται τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων τὸ Σκυθικὸν γένος, καὶ ἔοικεν αὐτὸ ἑωυτέῳ, ὥσπερ τὸ Αἰγύπτιον. καὶ ἥκιστα πολύγονόν ἐστιν. καὶ ἡ χώρη ἐλάχιστα θηρία τρέφει κατὰ μέγεθος καὶ πλῆθος. κεῖται ὑπ' αὐταῖς ταῖς ἄρκτοις, καὶ τοῖς ὄρεσι τοῖς Ριπαίοισιν, ὅθεν ὁ βορέης πνέει, ὅτε ἥλιος τελευτῶν ἐγγύτατα γίγνεται, ὁκόταν ἐπὶ τὰς θερινὰς ἔλθῃ περιόδους, καὶ τότε ὀλίγον χρόνον θερμαίνει. καὶ οὐ σφόδρα τὰ διαπνεύματα τὰ ἀπὸ τῶν θερμῶν πνέοντα ἀφικνεῖται, ἢν μὴ ὀλιγάκις, καὶ ἀσθενέα· ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἄρκτων ἀεὶ πνέουσι πνεύματα ψυχρά, ἀπό τε χιόνος, καὶ κρυστάλλων, καὶ ὑδάτων πολλῶν, οὐδέποτε δὲ τὰ ὄρεα ἐκλείπει. ἀπὸ τουτέων δὲ δυσοίκητά ἐστιν, ἠήρ τε κατέχει πουλὺς τῆς ἡμέρης τὰ πεδία, καὶ ἐν νότοισι διαιτεῦνται, ὥστε τὸν μὲν χειμῶνα ἀεὶ εἶ-

bus gens Scythica reliquis hominibus diſſimilis admodum eſt, ſibi ipſi vero ſimilis: quemadmodum etiam gens Ægyptiorum. Præterea autem minime fœcunda ea gens eſt: regioque ipſa feras alit, neque numero, neque magnitudine inſignes. Sub ipſis enim Vrſis Riphæiſque montibus ſita eſt, unde Boreas ſpirat, ſolque ipſe ſupremo æſtivo ſolſtitio deficiens proxime accedit, ac tum quidem exiguo tempore calefacit. Neque vero venti à calidis locis ſpirantes valde ad eam regionem penetrant, niſi parumper, & debiles. Verum ab Vrſis venti procedentes ſunt illic perpetui frigidi, à nivibus, glacie, imbribuſque ſpirantes, nec unquam à montibus decedentes, ut propterea etiam ægre habitari poſſint. Aër quinetiam totum fere diem nubilus campos occupat. Ipſique in humidis locis degunt. Et fere perpetua eſt ipſis hyems,

ται, τὸ δὲ θέρος ὀλίγας ἡμέρας, καὶ ταύτας μὴ λίην. μετέωρα γὰρ τὰ πεδία, καὶ ψιλὰ, καὶ οὐκ ἐστεφάνωται ὄρεσιν, ἀλλ' ἀνάντη ὑπὸ τῶν ἄρκτων αὐτόθι. καὶ τὰ θηρία οὐ γίγνεται μεγάλα, ἀλλ' οἷά τέ ἐστιν ὑπὸ γῆν σκεπάζεσθαι. ὁ γὰρ χειμὼν κωλύει, καὶ τῆς γῆς ἡ ψιλότης. καὶ τοι οὐκ ἔστιν ἀλέα, οὐδὲ σκέπη. αἱ γὰρ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων οὐκ εἰσὶ μεγάλαι, οὐδὲ ἰσχυραὶ, ἀλλ' ὅμοιαι, καὶ ὀλίγον μεταβάλλουσαι. διότι καὶ τὰ εἴδεα ὅμοια αὐτὰ ἑωυτέοις εἰσὶν. σίτῳ τε χρέονται αἰεὶ ὁμοίως, ἐσθῆτι τε τῇ αὐτέῃ, καὶ θέρεος καὶ χειμῶνος· τόν τε ἠέρα ὑδατεινὸν ἕλκοντες, καὶ παχὺν, τά τε ὕδατα πίνοντες ἀπὸ χιόνος καὶ παγετῶν, τοῦ τε ταλαιπώρου ἀπεόντος. οὐ γὰρ οἷόν τε τὸ σῶμα ταλαιπωρέεσθαι, οὐδὲ τὴν ψυχὴν, ὅκου μεταβολαὶ μὴ γίγνονται ἰσχυραί. διὰ ταύτας τὰς ἀνάγκας

æſtas autem pauciſſimis diebus, atque illis non valde magna. Sunt enim planities eminentiores, & nudæ, neque ullis montibus circumſeptæ, ſed fere ſub ipſis Vrſis acclives. Neque feræ naſcuntur illic magnæ, ſed quales ſub ipſa terra occultari queant. Prohibet enim hyems & nuditas terræ, quæ & apricis & tectis caret. Temporum profectò anni mutationes neque multæ, neque fortes, ſed ſimiles ſemper, vel parum admodum differentes: unde & formas corporum inter ſe ſimiles habent. Eodem quin etiam victu & amictu utuntur æſtatis & hyemis tempore: attrahuntque aërem aquoſum & craſſum, aquam inſuper bibunt à nivibus & glacie reſolutam, nullo etiam corporis exercitio accedente. Neque enim vel corpus vel animus ad labores confirmari poteſt, ubi mutationes temporum non fiunt fortes. Propter cauſas has formæ

τὰ εἴδεα αὐτῶν παχέα ἐστὶ, καὶ σαρκώδεα, καὶ ἄρθρα καὶ ὑγρὰ καὶ ἄτονα· αἵ τε κοιλίαι ὑγρόταται, πασέων κοιλιῶν αἱ κάτω· οὐ γὰρ οἷόν τε νηδὺν ἀναξηραίνεσθαι ἐν τοιαύτῃ χώρῃ, καὶ φύσει, καὶ ὥρης καταστάσει. ἀλλὰ διὰ πιμελήν τε καὶ ψιλὴν τὴν σάρκα τά τε εἴδεα ἔοικεν ἀλλήλοισι, τά τε ἄρσενα τοῖς ἄρσεσι, καὶ τὰ θήλεα τοῖς θήλεσι. τῶν γὰρ ὡρέων παραπλησίων ἐουσέων, φθοραὶ οὐκ ἐγγίγνονται οὐδὲ κακώσιες ἐν τῇ τοῦ γόνου ξυμπήξει. ἢν μή τινος ἀνάγκης βιαίου τύχῃ ἢ νούσου. μέγα δὲ τεκμήριον ἐς τὴν ὑγρότητα παρέξομαι. Σκυθέων γὰρ τοὺς πολλοὺς, ἅπαντας ὅσοι Νομάδες, εὑρήσεις κεκαυμένους τούς τε ὤμους, καὶ τοὺς βραχίονας, καὶ τοὺς καρποὺς τῶν χειρέων, καὶ τὰ στήθεα, ἰσχία, καὶ τὴν ὀσφὺν, δι' ἄλλ' οὐδὲν, ἢ διὰ τὴν ὑγρότητα τῆς φύσιος καὶ

eorum ſunt craſſæ & carnoſæ. juncturæ vero humectæ & enervatæ, ventreſque humidi omnes, maxime tamen inferior alvus: nequit enim ipſa exſiccari in hujuſmodi tum regionis, tum naturæ & temporis conſtitutione. Sed præ pinguedine & glabritie carnis etiam foris inter ſe ſunt ſimiles, maſculi maſculis, & fœminę fœmellis. Tempora enim quum ſint inter ſe ſimilia, nulla corruptio vel læſio infertur ſeminis genitalis commixtioni primæ, niſi externa quædam vis aut morbus ſuperveniat. Magnum autem argumentum humiditatis corporum Scytharum hoc exhibebo. Multos enim ipſorum, præcipue qui Nomades ſunt, reperias exuſtos humeros ac brachia habentes, manuumque juncturas, pectora, coxas, & lumbos: nullam ſane aliam ob cauſam, niſi ob naturæ humiditatem & mollitiem.

τὴν μαλακίην. οὐ γὰρ δύνανται οὔτε τοῖς τόξοις ξυντείνειν, οὔτε τῷ ἀκοντίῳ ἐμπίπτειν τῷ ὤμῳ ὑπὸ ὑγρότητος καὶ ἀτονίης. ὁκόταν δὲ καυθῶσιν, ἀναξηραίνεται ἐκ τῶν ἄρθρων τὸ πολὺ τοῦ ὑγροῦ, καὶ εὐτονώτερα μᾶλλον γίνεται, καὶ τροφιμώτερα, καὶ ἠρθρωμένα τὰ σώματα μᾶλλον. ῥοϊκὰ δὲ γίνεται καὶ πλατέα, πρῶτον μὲν ὅτι οὐ σπαργανοῦνται, ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ, οὐδὲ νομίζουσι, διὰ τὴν ἱππασίην. ὅκως ἂν ἔνεδροι ἔωσιν. ἔπειτα δὲ διὰ τὴν ἕδρην. τά τε γὰρ ἄρσενα ἕως ἂν οὐχ οἷά τε ἐφ' ἵππου ὀχέεσθαι, τὸ πολὺ τοῦ χρόνου κάθηται ἐν τῇ ἁμάξῃ, καὶ βραχὺ τῇ βαδίσει χρέονται, διὰ τὰς μεταναστάσιας καὶ περιελάσιας. τὰ δὲ θήλεα θαυμαστὸν οἷον ῥοϊκὰ εἶναι τὰ εἴδεα. πυῤῥὸν δὲ τὸ γένος ἐστὶ τὸ Σκυθικὸν διὰ τὸ ψύχος, οὐκ ἐπιγινομένου ὀξέος τοῦ ἡλίου. ὑπὸ

Nam neque arcus intendere, neque telum torquere poſſunt præ humiditate & impotentia. Quum autem uruntur, humor ipſe à juncturis evacuatur, fiuntque corpora ipſorum validiora, melius nutriuntur, & articuli magis firmantur. Fluida vero fiunt ac lata, primum propterea quod faſciis non colligantur, quemadmodum fieri ſolet in Ægypto. Faſciis autem communi conſenſu abſtinent, equitationis cauſa, ut ad inſidendum aptiores reddantur. Deinde etiam propter deſidiam. Maſculi enim eorum priuſquam equos conſcendere queant, plurimum temporis deſident in curribus, raroque prodeunt ut inambulent, propter peregrinationes & itinera perpetua. Muliebrium autem corporum formæ ad ſtuporem uſque fluxæ exiſtunt. Porro Scytharum gens fulvi coloris eſt propter frigus ingens. Nam cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

δὲ τοῦ ψύχεος ἡ λευκότης ἐπικαίεται, καὶ γίγνεται πυῤῥή. πολύγονον δὲ οὐχ οἷόν τε εἶναι φύσιν τοιαύτην. οὔτε γὰρ τῷ ἀνδρὶ ἡ ἐπιθυμίη τῆς μίξιος γίνεται πολλὴ, διὰ τὴν ὑγρότητα τῆς φύσιος, καὶ τῆς κοιλίης τὴν μαλθακότητά τε καὶ τὴν ψυχρότητα, ἀπὸ τῶν ἥκιστα εἰκὸς εἶναι ἄνδρα οἷόν τε λαγνεύειν. καὶ ἔτι ὑπὸ τῶν ἵππων ἀεὶ κοπτόμενοι, ἀσθενεῖς γίγνονται ἐς τὴν μίξιν. τοῖσι μὲν ἀνδράσι αὗται αἱ προφάσιες γίγνονται. τῇσι δὲ γυναιξὶ, ἥ τε πιότης τῆς σαρκὸς καὶ ὑγρότης. οὐ γὰρ δύνανται ἔτι ξυναρπάζειν αἱ μῆτραι τὸν γόνον. οὔτε γὰρ ἐπιμήνιος κάθαρσις αὐτέῃσι γίγνεται ὡς χρεών ἐστι, ἀλλ' ὀλίγον καὶ διὰ χρόνου. τό, τε στόμα τῶν μητρέων ὑπὸ πιμελῆς ξυγκλείεται, καὶ οὐχ ὑποδέχεται τὸν γόνον. αὗται τε ἀταλαίπωροι καὶ πιεραὶ, καὶ

ſolem minime ardentem habeant, à frigore albedo illorum exuritur, & fit fulva. Neque vero fieri poteſt, ut fœcunda ſit eorum natura, quum viri minime cupidi ſint cum fœminis commiſceri, ob nimiam corporis humiditatem, ventriſque mollitiem ac frigiditatem: unde viros minime ad coitum aptos reddi veriſimile eſt. Accedit quinetiam laſſitudo ex continua equitatione contracta, quæ eos ad commiſtionem reddit impotentiores. Atque hæ quidem ſunt cauſæ in viris. Mulieres vero pinguedo carnis & humiditas ſteriles facit, eo quod uteri genitale ſemen nequeant ad ſe rapere. Menſtruæ enim purgationes eis non ſuccedunt, quemadmodum oportebat, ſed parcius & per longius tempus. Ipſum quinetiam uteri os præ pinguedine concluditur, ut nequeat ſemen ſuſcipere. Sunt enim otioſæ & pingues, ventreſque ca-

αἱ κοιλίαι ψυχραί καὶ μαλακαί. ὑπὸ τουτέων τῶν ἀναγκαίων οὐ πολύγονόν ἐστι τὸ γένος τὸ Σκυθικόν. μέγα δὲ τεκμήριον αἱ οἰκέτιδες ποιέουσιν. οὐ γὰρ φθάνουσι παρὰ ἄνδρα ἀφικνεύμεναι, καὶ ἐν γαστρὶ ἴσχουσι, διὰ τὴν ταλαιπωρίην καὶ ἰσχνότητα τῆς σαρκός. ἔτι δὲ πρὸς τουτέοισιν εὐνουχίαι γίνονται οἱ πλεῖστοι ἐν Σκύθεσι, καὶ γυναικεῖα ἐργάζονται, καὶ ὡς αἱ γυναῖκες διαλέγονταί τε ὁμοίως. καλεῦνταί τε οἱ τοιοῦτοι ἀνανδριεῖς. οἱ μὲν ἐπιχώριοι τὴν αἰτίην προστιθέασι θεῷ, καὶ σέβονται τούτους τοὺς ἀνθρώπους, καὶ προσκυνέουσι, δεδοικότες περί τε ωὐτέων ἕκαστοι. ἐμοὶ δὲ καὶ αὐτέῳ δοκεῖ ταῦτα τὰ πάθεα θεῖα εἶναι, καὶ τἄλλα πάντα, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἑτέρου θειότερον, οὐδὲ ἀνθρωπινώτερον, ἀλλὰ πάντα θεῖα. ἕκαστον δὲ ἔχει φύσιν τῶν τοιουτέων.

rum frigidi & molles. Vnde neceſſario ſequitur, non multum fœcundam Scytharum gentem eſſe. Cujus rei famulæ earum manifeſtum indicium exhibent. Etiamſi enim neque ipſæ viros appetant, cum viris tamen congreſſæ facile concipiunt, propter exercitium frequens, carniſque gracilitatem. Amplius autem plurimi Scythæ eunuchi fiunt, & muliebria officia obeunt, inſtarque fœminarum omnia faciunt & loquuntur, vocanturque hi evirati. Et regionis quidem incolæ cauſam in Deum referunt, coluntq; hos ipſos homines & adorant, timentes ne quid ſibiipſis tale accidat. Mihi vero hi affectus divini quidem eſſe videntur, ſicut & reliqui omnes, neque ullum diviniorem alio eſſe aut humaniorem, ſed divinos ex æquo omnes: cum unumquodque horum ſuam propriam habeat natu-

καὶ

καὶ οὐδὲν ἄνευ φύσιος γίγνεται. καὶ τοῦτο τὸ πάθος, ὥς δοκέει γίγνεσθαι, φράσω. ὑπὸ τῆς ἱππασίης αὐτέους κέδματα λαμβάνει, ἅτε ἀεὶ κρεμαμένων ἀπὸ τῶν ἵππων τοῖς ποσίν. ἔπειτα ἀποχωλοῦνται, καὶ ἕλκονται τὰ ἰσχία, οἳ ἂν σφόδρα νοσήσωσιν. ἰῶνται δὲ σφᾶς αὐτοὺς τρόπῳ τοιῷδε, ὁκόταν ἄρχηται ἡ νοῦσος, ὄπισθεν τοῦ ὠτὸς ἑκατέρην φλέβα τέμνουσιν. ὅταν δὲ ἀποῤῥυῇ τὸ αἷμα, ὕπνος ὑπολαμβάνει ὑπὸ ἀσθενείας, καὶ καθεύδουσιν. ἔπειτα ἀνεγείρονται, οἱ μέν τινες ὑγιέες ἐόντες, οἱ δ' οὔ. ἐμοὶ μὲν οὖν δοκέει ἐν ταύτῃ τῇ ἰήσει διαφθείρεσθαι. εἰσὶ γὰρ παρὰ τὰ ὦτα φλέβες, ἃς ἐάν τις ἐπιτάμῃ, ἄγονοι γίνονται οἱ ἐπιτμηθέντες. ταύτας τοίνυν μοι δοκέουσι τὰς φλέβας ἐπιτάμνειν. οἱ δὲ μετὰ ταῦτα ἐπεί δ' ἂν ἀφίκωνται παρὰ γυναῖκα, καὶ μὴ

ram, neque aliquid citra naturam accidat. Quomodo ergo hic affectus oriatur, ut mihi quidem videtur, narrabo. Propter equitationem aſſiduam diuturni eos corripiunt articulorum dolores, nimirum propendentibus ſemper ex equis eorum cruribus: deinde claudi fiunt, contrahunturque coxendices, quum invaluerit morbus. Medentur autem ſibiipſis hoc modo. In ipſo morbi principio utramque venam poſt aures incidunt. Multo igitur ſanguine promanante, ſomnus eos corripit præ imbecillitate, ſicque obdormiſcunt: mox expergiſcuntur, alii quidem ſani, alii vero minime. Atque mihi ſane videntur ea medicatione ſeipſos perdere. Venæ enim retro aures ſunt, quas ſi quis ſecet, ſterilitatem inferat his, quibus ſecantur: quas ipſas ab illis etiam incidi puto. Quando igitur poſtea uxores adeunt,

οἷοί τε ὦσι χρῆσθαι (φασὶν αὐτοῖς), τὸ πρῶτον οὐκ ἐνθυμεῦνται, ἀλλ' ἡσυχίην ἔχουσιν. ὁκόταν δὲ δὶς καὶ τρὶς καὶ πλεονάκις αὐτέοισι πειρωμένοισι μηδὲν ἀλλοιότερον ἀποβαίνει, νομίσαντές τι ἡμαρτηκέναι τῷ θεῷ, ὃν ἐπαιτιῶνται, ἐνδύονται στολὴν γυναικείην, καταγνόντες ἑωυτέων ἀνανδρείην, γυναικίζουσί τε, καὶ ἐργάζονται μετὰ τῶν γυναικῶν, ἃ καὶ ἐκεῖναι. τοῦτο δὲ πάσχουσι Σκυθέων οἱ πλούσιοι, οὐχ οἱ κάκιστοι. ἀλλ' οἱ εὐγενέστατοι, καὶ ἰσχὺν πλείστην κεκτημένοι διὰ τὴν ἱππασίην. οἱ δὲ πένητες ἧσσον· οὐ γὰρ ἱππάζονται. καίτοι ἐχρῆν, ἐπεὶ θειότερον τοῦτο τὸ νόσευμα τῶν λοιπῶν ἐστιν, οὐ τοῖς γενναιοτάτοις τῶν Σκυθέων καὶ τοῖς πλουσιωτάτοις προσπίπτειν μούνοις, ἀλλὰ τοῖς ἅπασιν ὁμοίως, καὶ μᾶλλον τοῖσιν ὀλίγα κεκτημένοισιν,

neque cum illis rem habere poſſunt, id ſi ſemel tantum accidat, nihil gravius ſuſpicantes quieſcunt. Quum autem bis aut ter, aut amplius fruſtra opus tentarint, neque quicquam profecerint, in Deum, quem offenderint, culpam rejiciunt indutique veſtem muliebrem, palam ſe eviratos eſſe confitentur, & ad mulierum contubernia tranſeuntes, earum opera tractant. Et hoc malo ditiſſimi Scytharum afficiuntur, minime vero infimi: ſed quotquot genere cæteris antecellunt, & continua equitatione ad maximas opes pervenerunt: pauperes vero minus, quum non multum equitent. At ſi hæc affectio aliis divinior cenſenda eſſet, non nobiliſſimis & ditiſſimis Scytharum fere ſolis accideret: ſed eſſet omnibus æqualiter peculiaris. Imo magis invaderet pauperes, circa cultum deorum negli-

εἰ

ὲ τιμωρεόισιν ἤδη. εἰ χαίρουσιν οἱ θεοὶ καὶ θαυμαζόμενοι ὑπ' ἀνθρώπων, καὶ ἀντὶ τουτέων χάριτας ἀποδιδοῦσιν. εἰκὸς γὰρ τοὺς μὲν πλουσίους θύειν πολλὰ τοῖς θεοῖς, καὶ ἀνατιθέναι ἀναθήματα, ὄντων χρημάτων, καὶ τιμᾶν· τοὺς δὲ πένητας ἧσσον, διὰ τὸ μὴ ἔχειν. ἔπειτα καὶ ἐπιμεμφομένους, ὅτι οὐ διδόασι χρήματα αὐτέοισιν. ὥστε τῶν τοιουτέων ἁμαρτιῶν τὰς ζημίας, τοὺς ὀλίγα κεκτημένους φέρειν μᾶλλον, ἢ τοὺς πλουσίους. ἀλλὰ γὰρ, ὥσπερ καὶ πρότερον ἔλεξα, θεῖα μὲν καὶ ταῦτα ἐστὶν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις. γίνεται δὲ κατὰ φύσιν ἕκαστα. καὶ ἡ τοιαύτη νοῦσος ἀπὸ τοιαύτης προφάσιος τοῖς Σκύθαις γίγνεται, οἵην εἴρηκα. ἔχει δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ὁμοίως. ὅκου γὰρ ἱππάζονται μάλιστα

gentiores : ſi modo gaudent cultu & veneratione hominum , & pro hoc beneficia retribuunt. Divites enim ſæpius diis ſacra faciunt , & donaria offerunt , ut qui opibus abundent : pauperes autem minus id faciunt, quum non habeant: ſæpe etiam deos accuſant, eo quod opes non ſuppeditent : ut perinde veriſimilius ſit inopes hoc malo propter crimina ſua puniri , quam divites. Verum (quod jam ante dixi) divinus hic affectus eſt , perinde ut reliqui omnes : cum ſecundum naturam hæc fiant ſingula. Et hic quidem morbus ob hanc cauſam Scythis accidit. Sed & reliquis hominibus eodem modo. Vbi enim frequenter & continue homines equitant , ibi plurimi à diuturnis doloribus articulorum, coxendicumque maxime & pedum corripiuntur , ad coitum-

καὶ πυκνότατα, ἐκεῖ πλεῖστοι ὑπὸ κεδμάτων καὶ ἰσχιάδων καὶ ποδαγριῶν ἁλίσκονται, καὶ λαγνεύειν

κάκιστα

καίκιστοι εἰσί, ταῦται δὲ τοῖσί τε Σκύθησι πρόσεστι, καὶ δυνουχοειδέστατοι εἰσὶν ἀνθρώπων διὰ τὰς προφάσιας, καὶ ὅτι ἀναξυρίδας ἔχουσιν αἰεὶ, καί εἰσιν ἐπὶ τῶν ἵππων τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου, ὥστε μήτε χειρὶ ἅπτεσθαι τοῦ αἰδοίου, ὑπό τε τοῦ ψύχεος καὶ τοῦ κόπου ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἱμέρου καὶ τῆς μίξιος, καὶ μηδὲν παρακινεῖν πρότερον, ἢ ἀνανδρωθῆναι. περὶ μὲν οὖν τῶν Σκυθέων οὕτως ἔχει τοῦ γένεος. τὸ δὲ λοιπὸν γένος τὸ ἐν τῇ Εὐρώπῃ διάφορον αὐτὸ ἑωυτῷ ἐστι, καὶ κατὰ τὸ μέγεθος, καὶ κατὰ τὰς μορφὰς, διὰ τὰς μεταλλαγὰς τῶν ὡρέων, ὅτι μεγάλαι γίνονται καὶ πυκναί. καὶ θάλπη τε ἰσχυρὰ, καὶ χειμῶνες καρτεροί· καὶ ὄμβροι πολλοὶ, καὶ αὖθις αὐχμοὶ πολυχρόνιοι, καὶ πνεύματα· ἐξ ὧν μεταβολαὶ πολλαὶ καὶ παντοδαπαί. ἀπὸ τουτέων

que fiunt impotentes. Hæc igitur mala Scytharum genti adſunt, omniumque hominum minime ſunt ad coitum valentes, tum propter prædicta, tum etiam quod braccas ſeu feminalia geſtant, & plurimũ temporis in equis deſides degunt, ut neque manu tractare pudenda liceat, atque præ frigore & laſſitudine deſiderii & congreſſus obliviſcantur, neque prius ſibi conſulant, quam dum ſanitatis cauſâ venis inciſis evirantur. Et hæc quidem de Scytharum gente. Reliquum autem in Europa hominum genus valde inter ſe diſſimile eſt, tum quo ad magnitudinem, tum quo ad formam, propter temporum mutationes magnas & frequentes, quas habent: cujuſmodi ſunt calores vehementes, & hyemes fortes, pluviæ item multæ, rurſumque ſqualores diuturni, & venti: ex quibus multæ & omnimodæ fiunt tranſmutationes. Hincque adeo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

κὸς αἰσθάνεσθαι καὶ τὴν γέ-
νεσιν ἐν τῇ συμπήξει τοῦ
γόνου ἄλλην, καὶ μὴ τὴν αὐ-
τὴν αὐτέην γίγνεσθαι, ἔν τε
τῷ θέρεϊ, καὶ τῷ χειμῶνι,
μηδὲ ἐν ἐπομβρίῃ καὶ
αὐχμῷ. διότι τὰ εἴδεα
διηλλάχθαι νομίζω τῶν
Εὐρωπαίων μᾶλλον, ἢ τῶν
Ἀσιηνῶν, καὶ τὰ μεγέ-
θη διαφορώτατα αὐτὰ
ἑωυτοῖσι εἶναι κατὰ πόλιν
ἑκάστην. αἱ γὰρ φθοραὶ
πλείονες ἐγγίγνονται τοῦ
γόνου ἐν τῇ ξυμπήξει, ἐν
ταῖς μεταλλαγαῖς τῶν
ὡρέων πυκναῖς ἐούσαις,
ἢ ἐν τῇσι παραπλη-
σίῃσι καὶ ὁμοίῃσι. περί
τε τῶν ἠθέων ὁ αὐτὸς λό-
γος. τό τε ἄγριον, καὶ τὸ
ἀμίαντον, καὶ τὸ θυμοει-
δὲς ἐν τῇ τοιαύτῃ φύσει
ἐγγίγνεται. αἱ γὰρ ἐκ-
πλήξιες πυκναὶ γιγνό-
μεναι, τῆς γνώμης τὴν
ἀγριότητα ἐντιθέασι, τὸ
δὲ ἥμερόν τε καὶ ἤπιον
ἀμαυροῦσι. διότι εὐψυ-
χοτέρους νομίζω τοὺς Εὐ-
ρώπην οἰκοῦντας εἶναι, ἢ τοὺς τὴν Ἀσίην.

generationem quoque, dum ſemen compingitur, aliam atque aliam, neque ex eodem eandem, vel æſtate vel hyeme, vel pluvia vel ſicca tempeſtate fieri, rationi conſentaneum eſt. Eaque de cauſa Europæos magis quam Aſianos ſecundum corporum formas inter ſe diſcrepare judico, quinetiam magnitudines diverſiſſimas in ſingulis urbibus reperiri. Plures enim mutationes contingunt in ſeminis coactione & conformatione, quum tempora frequenter variant, quam ſi eadem ſint & ſimilia. Eadem autem morum ratio in utriſque exiſtit. Feritas, integritas, & audacia à natura Europæis innaſcitur. Frequentes enim emotiones animi feritatem inducunt, manſuetudinem econtra & benignitatem obſcurant. Quare etiam magis magnanimos eſſe eos, qui Europam incolunt, quam Aſianos judico.

ἐν

ἐν μὲν γὰρ τῷ αἰεὶ παραπλησίως, αἱ ῥαθυμίαι ἔνεισιν· ἐν δὲ τῷ μεταβαλλομένῳ, αἱ ταλαιπωρίαι τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ. καὶ ἀπὸ μὲν ἡσυχίης καὶ ῥαθυμίης, ἡ δειλίη αὔξεται· ἀπὸ δὲ τῆς ταλαιπωρίης καὶ τῶν πόνων, αἱ ἀνδρεῖαι. διὰ τοῦτο εἰσὶ μαχιμώτεροι οἱ τὴν Εὐρώπην οἰκοῦντες. καὶ διὰ τοὺς νόμους· ὅτι οὐ βασιλεύονται, ὥσπερ οἱ Ἀσιηνοί. ὅκου γὰρ βασιλεύονται, ἐκεῖ ἀνάγκη δειλοτάτους εἶναι. εἴρηται δέ μοι καὶ πρότερον. αἱ γὰρ ψυχαὶ δεδούλωνται, καὶ οὐ βούλονται παρακινδυνεύειν ἑκόντες εἰκῆ ὑπὲρ ἀλλοτρίης δυνάμιος. οὗτοι δὲ αὐτόνομοι· ὑπὲρ αὐτῶν γὰρ τοὺς κινδύνους αἱρεῦνται, καὶ οὐκ ἄλλων, προθυμεῦνται ἑκόντες, καὶ ἐς τὸ δεινὸν ἔρχονται. τὰ γὰρ ἀριστεῖα τῆς νίκης αὐτοὶ φέρονται. οὕτως οἱ νόμοι οὐχ ἥκιστα τὴν εὐψυχίην ἐργάζονται.

Siquidem ſimilitudo & æqualitas ſegnitiem parit: mutatio autem & animum & corpus ad exercitationem excitat. Deſidia quinetiam & ocio timiditas augetur, ab exercitio vero & laboribus creſcit virilitas. Et propterea bellicoſiores Europæi ſunt. Neque minus propter leges: quandoquidem regibus non ſubjiciuntur, quemadmodum Aſiani. Vbi enim ſub regibus vivitur, ibi neceſſe eſt homines timidiſſimos eſſe, quemadmodum & ſupra oſtendi. Servitute namque animi eorum premuntur, neque libenter pro aliena potentia temere ſeſe periculis exponunt. Europæi econtra, cum ſui ſint juris, & pro ſeipſis, non pro aliis pericula ſuſcipiant, magna animi alacritate difficultates omnes ſubeunt, ex re bene geſta victoriæ præmia reportaturi. Vt certum ſit, léges plurimum ad magnanimita-

ζον). τὸ μὲν οὖν ὅλον καὶ τὸ ἅπαν οὕτως ἔχει, περί τε τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίης. ἔνεισι δὲ καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ φῦλα διάφορα ἕτερα ἑτέροις, καὶ τὰ μεγέθεα, καὶ τὰς μορφὰς, καὶ τὰς ἀνδρείας. τὰ δὲ διαλλάσσοντα ταῦτά ἐστιν, ἃ καὶ ἐπὶ τῶν πρότερον εἴρηται. ἔτι δὲ σαφέστερον φράσω. ὁκόσοι μὲν χώρην ὀρεινήν τε οἰκοῦσι, τρηχείην καὶ ὑψηλὴν καὶ ἔνυδρον, καὶ αἱ μεταβολαὶ αὐτέοισι γίνονται τῶν ὡρέων μέγα διάφοροι, ἐνταῦθα εἰκὸς εἴδεα μεγάλα εἶναι, καὶ πρὸς τὸ ταλαίπωρον καὶ τὸ ἀνδρεῖον εὖ πεφυκότα. καὶ τό τε ἄγριον καὶ τὸ θηριῶδες αἱ τοιαῦται φύσιες οὐχ ἥκιστα ἔχουσιν. ὁκόσοι δὲ κοῖλα χωρία καὶ λειμακώδεα, καὶ πνιγηρὰ, καὶ τῶν θερμῶν πνευμάτων πλέον μέρος μετέχουσιν ἢ τῶν ψυχρῶν, ὕδασί τε χρῶνται θερμοῖς, οὗτοι δὲ μεγάλοι μὲν οὐκ ἂν εἴησαν, οὐδὲ κανονίαι, ἐς εὖρος δὲ πεφυ-

tem conferre. In univerſum igitur ſic ſe res habet de Europa & Aſia. Iam vero Europa ipſa adhuc habet gentes invicem differentes, non magnitudine & forma ſolum, ſed & magnanimitate ac fortitudine. Diverſitatis autem cauſæ eædem, quas in præcedentibus retuli: & nunc manifeſtius repetam. Quicunque regionem montanam, aſperam, altam & aquis abundantem incolunt, mutationeſque temporum magnas & diverſas habent, illic hominum formas magnas progigni convenit, qui & ad laborem & ad fortitudinem à natura inclinent: feritate quinetiam & immanitate hujuſcemodi naturæ abundant. Qui vero loca concava, pratenſia & æſtuoſa habitant, ventoſque calidos plus ſentiunt quam frigidos, & aquis utuntur calidis, hi magni quidem eſſe non poſſunt, neque proceri, ſed

κότες, καὶ σαρκώδεες, καὶ μελανότριχες. καὶ αὐτοὶ μέλανες μᾶλλον ἢ λευκότεροι, φλεγματίαι δὲ ἧσσον ἢ χολώδεες. τότε ἀνδρεῖον καὶ ταλαίπωρον ἐν τῇ ψυχῇ, φύσει μὲν οὐκ ἂν ὁμοίως ἐνείη· νόμος δὲ προσγενόμενος ἀπεργάσοιτ' ἄν. καὶ εἰ μὲν ποταμοὶ ἐνείησαν ἐν τῇ χώρῃ, οἵτινες ἐκ τῆς χώρης ἐξοχετεύουσι τό τε στάσιμον καὶ τὸ ὄμβριον, οὗτοι ἂν ὑγιηροί τε εἴησαν καὶ λαμπροί. εἰ μέντοι ποταμοὶ μὲν μὴ εἴησαν, τὰ δὲ ὕδατα κρηναῖά τε καὶ στάσιμα πίνοιεν καὶ ὀδώδεα, ἀνάγκη τὰ τοιαῦτα τῆς γαστρὸς ἀτηρέα εἶναι καὶ σπληνός. ὁκόσοι δὲ ὑψηλήν τε οἰκέουσι χώρην, καὶ λείην, καὶ ἀνεμώδεα, εἴη ἂν εἴδεα μεγάλα, καὶ ἑωυτοῖς παραπλήσια, καὶ ἀνορθότερα, καὶ ἠπιώτεραι αἱ γνῶμαι.

craſſi, & carnoſi, & capillis nigris. Colore itidem nigri magis quam albi, & minus pituitoſi quam bilioſi. Fortitudo autem & tolerantia laboris non æque ipſis à natura ineſt, niſi conſuetudo accedens hæc ipſa ſuppleat. Quod ſi flumina extent in ea regione, quæ ſtagnantes & pluvias aquas evehant, homines ipſi incolumes ac bene habiti vivent. Si vero flumina deſint, aquaſque lacuſtres & ſtagnantes & olentes bibant, neceſſe eſt ab illis aquis & ventrem lædi & ſplenem. Quicunque autem altam habitant regionem, planam, ventis expoſitam, & aquoſam, eorum formæ magnæ ac invicem ſimiles ſunt & erectæ, animi quoque manſuetiores. Qui vero macra, aquis carentia, & pratis nuda loca tenent, & quæ temporum mutationibus non ſunt permixta: horum

ὁκόσοι δὲ λεπτά τε καὶ ἄνυδρα καὶ ψιλὰ, ταῖς δὲ μεταβολαῖς τῶν ὡρέων οὐ κέκρηνται, ἐν ταύτῃ

τῇ

τῇ χώρῃ τὰ εἴδεα εἰκός τε σκληρά τε εἶναι καὶ ἔντονα, καὶ ξανθότερα, ἢ μελάντερα· καὶ τὰ ἤθεα καὶ τὰς ὀργὰς αὐθάδεις τε καὶ ἰδιογνώμονας. ὅκου γὰρ μεταβολαί εἰσι πυκνόταται τῶν ὡρέων, καὶ πλεῖστον διάφοροι αὐταὶ ἑωυτέοισιν, ἐκεῖ καὶ τὰ εἴδεα καὶ τὰ ἤθεα καὶ τὰς φύσιας εὑρήσεις πλεῖστον διαφερούσας. μέγισται μὲν οὖν εἰσὶν αὗται τῆς φύσιος διαλλαγαὶ, ἔπειτα δὲ ἡ χώρη, ἐν ᾗ ἄν τις τρέφηται, καὶ τὰ ὕδατα. εὑρήσεις γὰρ ἐπὶ τὸ πλῆθος τῆς χώρης τῇ φύσει ἀκολουθοῦντα καὶ εἴδεα τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς τρόπους. ὅκου μὲν γὰρ ἡ γῆ πίειρα, καὶ μαλθακὴ, καὶ ἔνυδρος, καὶ τὰ ὕδατα κάρτα μετέωρα, ὥστε θερμὰ εἶναι τοῦ θέρεος, καὶ χειμῶνος ψυχρὰ, καὶ τῶν ὡρέων καλῶς κέεται, ἐνταῦθα καὶ οἱ ἄνθρωποι σαρκώδεές εἰσι, καὶ ἄναρθροι, καὶ ὑγροὶ, καὶ ἀταλαίπωροι, καὶ τὴν ψυχὴν κακοὶ, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. τό τε ῥάθυμον

formas neceſſe eſt aſperas & nervoſas eſſe, flavas magis quam nigras: mores vero ſuperbos & pertinaces. Vbi enim mutationes temporum contingunt frequentes, & plurimum inter ſe diverſæ, ibi & formas, & mores, & naturas reperias plurimum differentes. Temporum itaque varietates potiſſimæ ſunt, quæ naturam ipſam permutant: deinde etiam regio, in qua quis nutritur: poſtremum autem aquæ. Invenias enim fere ſemper & formas hominum & mores regionis naturam imitari. Nam ubi terra pinguis eſt, & mollis, & aquoſa, aquæ autem valde ſublimes, ita ut æſtate calidæ ſint, hyeme frigidæ, & temporum ratio alias probe convenit, ibi homines carnoſi ſunt & informes, humidi, laboris intolerantes, & ut plurimum maligni: ſegni-

καὶ τὸ ὑπνηρόν ἐστιν ἐν αὐτέοισιν, ἔς τε τὰς τέχνας παχέες, οὐ λεπτοὶ, οὐδ' ὀξέες. ὅκου δ' ἐστὶν ἡ χώρη ψιλή τε, καὶ ἀνώχυρος, καὶ τρηχείη, καὶ ὑπὸ τοῦ χειμῶνος πιεζομένη, καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου κεκαυμένη, ἐνταῦθα δὲ σκληρούς τε, καὶ ἰσχνοὺς, καὶ διηρθρωμένους, καὶ ἐντόνους, καὶ δασεῖς. τότε ἐργατικὸν ὀξὺ ἔνθεν ἐν τῇ φύσει τῇ τοιαύτῃ, καὶ τὸ ἄγρυπνον· τάτε ἤθη καὶ τὰς ὀργὰς αὐθάδεας καὶ ἰδιογνώμονας, τοῦτε ἀγρίου μᾶλλον μετέχοντας, ἢ τοῦ ἡμέρου. ἔς τε τὰς τέχνας ὀξυτέρους τὲ καὶ συνετωτέρους, καὶ τὰ πολέμια ἀμείνους εὑρήσεις. καὶ τἄλλα τὰ ἐν τῇ γῇ φυόμενα πάντα, ἀκόλουθα ὄντα τῇ γῇ. αἱ μὲν ἐναντιώταται φύσιές τε καὶ ἰδέαι, ἔχουσιν οὕτως. ἀπὸ δὲ τουτέων τεκμαιρόμενος, τὰ λοιπὰ ἐνθυμέεσθαι, καὶ οὐχ ἁμαρτήσῃ.

ties quin etiam & ſomnolentia eis ineſt multa: ſuntque ad artes craſſi, non acres, aut ſubtiles. Vbi autem regio eſt nuda, aperta, neque munita ſylvis, & aſpera, quæque & à frigore hyberno prematur, & à ſole æſtivo exuratur: ibi duros & robuſtos, & articulis probe efformatis, nervoſos & hirſutos reperias homines, & quibus à natura laboris tolerantia & vigilantia inſit: quique mores & affectus habeant ſuperbos & pertinaces, ad feritatem magis quam ad manſuetudinem proclives: ad artes inſuper & inveniendas & addiſcendas ingenioſiores, tum vero ad res bellicas ſtrenuos. Quin & omnia quæ è terra proveniunt, terræ ipſius naturam reſipiunt & ſequuntur. Atque hactenus quidem maxime contrarias corporum naturas & formas diximus. E quibus conjectura ſumta, ſi reliqua etiã cõſideraveris, nunquã à vero aberrabis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

IN LIBRUM
DE AERE, LOCIS, ET AQUIS.

Ἰπ*π*ελκὴν ὅστις βούλεται] Varia eſt hujus libri inſcriptio apud authores Medicos, etſi haud dubie ad Hippocratem refertur. Galenus ſiquidem libro de libris propriis ſe hunc in librum Commentarios ſcripſiſſe fatetur, & περὶ οἰκήσεων, καὶ ὑδάτων, καὶ ὡρῶν καὶ χωρῶν inſcribit. Idem in Exegeſi in dictione (στρέφεται) hanc vulgatam indicaturam agnoſcit, ut & alias ſæpe, etſi plerunque inverſam & commutatam. Erotianus vero περὶ τόπων καὶ ὡρῶν vocat, ut περὶ ὡρῶν καὶ τόπων, in dictione, (ὁμιλίη.) Athenæus autem, περὶ ὑδάτων, & περὶ τόπων. Quidam etiam περὶ ἀέρων, τόπων, ὑδάτων, καιρῶν, ἀνέμων, ἀστέρων, ex quibuſdam codicibus manu ſcriptis, legiſſe aſſerunt. Alii etiam περὶ ὡρέων, ἀέρων, ὑδάτων, τόπων. Ad ſanitatis autem tuendæ artem hunc librum ſpectare, & ad Gymnaſticen refer-

 ri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

ri, quæ illius artis pars eſt, ſcribit Galenus libro ad Thraſybulum. Erotianus vero inter αἰτιολογικὰ καὶ φυσικὰ refert, eumque hac in parte ſecuti ſumus.

ἢ σκληροῖσί τε] καὶ ὠμοῖσι videtur addidiſſe Calvus, aut ἀπεργομένοισι. ἀπεργομένοις autem paulo poſt δυσμεταβλήτοις exponit Erotianus, iſtumque locum mihi ſubindicare videtur, ut ſcripſimus in noſtra Oeconomia, ideoque coctu difficiles & quæ immutari nequeant diximus.

καὶ ἐδωδοὶ] Calvus καὶ οὐκ ἐδωδοὶ καὶ ἄποτοι legiſſe videtur.

μέλλει πάγκοινα] Hunc locum adducit Galen. initio Com. 1. in lib. 1. Epid. & paulo aliter legit.

οὐκ ἐλάχιστον μέρος] Hunc locum mihi innuere videtur Galenus initio libelli ὅτι ἄριστος ἰητρὸς καὶ φιλόσοφος.

μὴ μετέωρα] Sic quidem legunt omnia exemplaria & omnes interpretes. Calvus non altas aut profundas dixit, quæ ſublimes ſunt, ut mihi μετέωρα abſque negatione legiſſe videatur, eamque lectionem in codice Auguſtini Guadaldini reperiri audio. Zuingerus pro μὴ μετέωρα, κάρτα μετέωρα legit, ut in fine libri.

καὶ ὁκόσαι μὲν τῶν πόλεων] Hac parte exemplaria omnia Græca mirum in modum viriata ſunt. Codices Germanici omnes aſteriſcum velut vitii notam apponunt, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

non faciunt Aſulani, etſi pari vitio conjuncti. Huc tamen ab Interpretibus reponuntur quæ in librum de Capitis vulneribus irrepſerunt, quæ omnia huc probe conſentiunt, & ex Galeni teſtimonio ad iſta referri debent. Hæc autem lacuna multis occaſionem dedit, pro animi ſententia multa reponendi & immutandi, quæ cuivis, ut volet, æſtimanda & recenſenda relinquam, popularem maxime & ab Interpretibus receptam lectionem ſecutus.

καὶ φαγεδαίνας κοινῶς ἐγγίνεσθαι] Sic quidem legunt plurima exemplaria, & Calvus, qui communem cauſam comprehendit. Cornarius vero εἰκὸς legit, quem lubenter ſequor. Quæ vero paulo poſt ſequuntur, τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχροῦ, valde ſuſpecta ſunt, & huc videntur irrepſiſſe ex ſuperioribus verbis, τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχρὰ, neque leguntur in Auguſtini Guadaldini codice.

ἃ νομίζουσι τὸ παιδίον ποιέειν] Sic legunt omnia exemplaria quæ adhuc videre licuit, eamque lectionem ex Galeno ipſo retinuimus, qui eam agnoſcit Com. in ſent. 4. lib. 6. Epid. ſect. 1. his verbis: τὸ τῆς ἐπιληψίας πάθος ἤτοι κατὰ τὴν φυσικὴν γίνεται δυσκρασίαν, ὅταν ὑγρὸς ἐγκέφαλος ἱκανῶς ᾖ, καὶ τηνικαῦτά γε καὶ παιδίον ὀνομάζεται τὸ νόσημα, καθάπερ αὐτὸς ἐδήλωσεν ἐν τῷ περὶ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

ὑδάτων, καὶ ἀέρων καὶ τόπων, οὐδέπως γράψας τοῖς παιδίοις συμπίπτειν σπασμούς τε καὶ ἄσθματα. ἃ νομίζουσι τὸ παιδίον ποιέειν, καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι. κατὰ ταύτην τὴν ῥῆσιν εὔδηλον ὅτι προσυπακοῦσαι δεῖ τὸ παιδίον πάθος, ὡς εἶναι τὴν λέξιν ταύτην, ἃ νομίζουσιν τὸ παιδίον πάθος ποιεῖν, καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι. Iſtamque vulgatam & Galeni lectionem mihi etiam ſecutus videtur Calvus. Codices Aſulani aſteriſcum ut vitii ſuſpicionem apponunt, & vitioſe καὶ ἃ νομίζουσι legunt. Scio quoſdam ex membranis ſcriptis alteram lectionem adſcribere, τὸ παιδίον ποιέειν, vel τὸ θεῖον ποιέειν. Sed cum iſtius lectionis Galenum teſtem idoneum habeam, non eſt cur in alia inveſtiganda anxie nimis diſtorqueamur. Idem quoque Com. 5. in lib. 6. Epid. Comitialem morbum παιδίον πάθος vocari ſcribit, huc forte alludens. At certe niſi me Gal. authoritas moveret, παιδικὸν πάθος lubentius, aut παιδεῖον quam παιδίον legerem.

πίσι δὲ ἀνδράσι δυσεντερείας] Hîc videtur eſſe locus quem ex hoc libro adducit Galenus Com. ad aph. 2. lib. 6.

οὐ γὰρ οἷόν τε] Hunc locum ex hoc libro adducit Galen. Com. ad aph. 33. lib. 6. his verbis. ἔλεγε δὲ αὐτὸς ἐν τῷ περὶ ὑδάτων τε καὶ τόπων, καὶ ἀέρων, ἥκιστα πλευρίτισί τε καὶ τοῖς ἄλλοις νοσήμασιν ἁλίσκεσθαι, τοὺς ὑγρὰν ἔχοντας φύσει τὴν γαστέρα.

ταῦτα μὲν τὰ νοσήματα] Hunc etiam locum ex hoc libro adducit Galenus initio Comment. 1. in librum 1. Epid. ſed paulo aliter legit.

καὶ σκελιφροὺς] Hunc locum mihi ſubindicare videtur Erotianus, cum σκελιφροὺς τοὺς λεπτοὺς καὶ σκελετώδεις exponit, ſed σκελιφροὺς vitioſe apud eum legitur. σκελιφρὸς autem exponitur Galeno ξηρὸς, περιεσταλμένος. Sic enim dicuntur ſicci, aridi, & exucci, aut emaciati, ac graciles.

καὶ κοιλίας ἀτεράμνους] Hic ἀτεράμνους κοιλίας indomitos ventres dicimus, eos qui non facile ſolvantur, aut in lubricos mutentur intelligentes, aut qui ab emollientibus minime evincantur, ſed qui ſemper contenti ac ſicci manent, velut expoſuimus in noſtra Oeconomia, quibus εὐροώτεροι opponuntur.

ἐπιδημεῖ τὰ πλευρίτιδες] Sic quidem pleraque legunt exemplaria, meliora vero ἐπιδημεῖται πλευρίτιδες. Alii vero legunt, νοσεύματα ἢ αὐτέοισιν ἐπιδήμια, πλευρίτιδές τε πολλαί. & hîc multa immutant, ſed receptam lectionem innovare magna mihi eſt religio.

τά τε ἤθεα ἀγριώτερα] Hunc locum de urbibus quæ ad Aquilones obverſæ ſunt, adducit Galenus libello, Quod animi mores corporis temperaturam ſequantur.

τοῖσι μὲν ἀνδράσι τὰ νοσήματα] ταῦτα τὰ νοσή-

νοσή-

νοσήματα ἐπιχώρειά ἐστιν, lego cum Vaticanis exemplaribus, & aliis manuſcriptis, etſi quædam τάδε τὰ νοσήματα habent.

στρυφναὶ πολλαὶ γίγνονται] Sic quidem legunt exemplaria omnia quæ adhuc videre licuit, niſi quod quædam στριφναὶ legunt. Cum vero aquis cauſam attribuat, mihi στρυφναὶ γυναῖκες eadem notione dici videntur. ac στρυφνώτεραι dicuntur lib. περὶ γυναικείων φύσιος, acerbæ & adſtrictæ, hoc eſt, ſiccæ, aridæ & contractæ, quibus molles & fluidæ, & ῥοωδέστεραι opponuntur. Etſi mihi hic videtur στιφραὶ legiſſe Galenus in Exegeſi, eoque referri cum ξηραὶ & προσεσταλμέναι exponit, velut στιφροὺς idem προσεσταλμένους, σκληροὺς, καὶ ἰσχνοὺς explicat, ubi tamen στρυφνοὺς legunt vulgata exemplaria. Erotianus vero mihi στριφνοὺς legiſſe videtur. Alioqui certe στρυφναὶ intelligi poſſunt acerbæ, duræ, & inflexibiles & venerem averſantes, & quæ nullis blanditiis emolliri aut tractari poſſunt, ideoque conceptui ineptæ & ſteriles, quomodo ſentiunt omnes Interpretes. Quæ expoſitio etiam aridis & ſiccis convenit, cum ſiccitas & ariditas plurimum conceptui obſit, & quæ reſiccatæ ſunt & aridæ, nullas fere habeant purgationes menſtruas. στεριφναὶ etiam legi poteſt, ut πυκναὶ καὶ στερεαὶ indicentur, quæ ſunt denſæ, compactæ, aut ſolidæ & compreſſæ, qua

ſigni-

ſignificatione etiam ςιφραὶ dici poſſunt, ſicuti legiſſe Galenum exiſtimo. Ejuſmodi autem naturas ad conceptum eſſe ineptas, fereque ſteriles indicat aph. 59. & 62. lib. 5.

Com. in lib. περὶ ὑγιαινῆς διαίτης.

ἐπιχεῖ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ] Sic legunt omnia exemplaria, hac notione, ut ipſe aër ſemper matutinum frigus affundat, quod radiis ſolaribus diſpergitur & diſcutitur, ideoque ſole illuſtratæ aquæ ſalubres redduntur. κατέχει tamen aut ἐπέχει videtur legiſſe Cornarius, ut poſtea. ἑωθινὸν autem ſubſtantive accipi mihi videtur. Hîc autem quidam codices manu ſcripti legunt, τάδε εἴδεα τῶν ἀνθρώπων εὔχροά τε καὶ ἀνθηρὰ ἐστὶ μᾶλλον ἢ ἄλλα ἢν μή τις νοῦσος, &c.

λαμπρόφωνοί τε οἱ ἄνθρωποι] Hunc locum ex iſto libro adfert Galenus libello quod animi mores, &c. ubi τῶν πρὸς βορρᾶν legit.

ἐπεὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἑσπέρης] Locus parum integer mihi videtur in vulgatis exemplaribus, hicque mihi ſenſus eſſe videtur. Sive ventos ab occaſu ſpirantes ſpectes, qui fere autumnum referunt, ſive hujus civitatis ſitum, quo ad diei mutationes, conſideres, qui fere ſimilis eſt ei quod plurimum inter matutinum & veſpertinum tempus intercedit. Ideoque probanda videtur codicum manu ſcriptorum lectio, quæ habet, εἴτε

τὰ

τὰ ἐπὶ τῆς ἑσπέρης πνεύματα ἔοικεν τῷ μετοπώρῳ μάλιστα, εἴτε ἡ θέσις ἡ τοιαύτη τῆς πόλιος. Probatur etiam mihi iſta quorundam manu ſcriptorum codicum lectio, ἐπεὶ τοιαῦτα τὰ ἐπὶ τῆς ἑσπέρης πνεύματα ἔοικέ τε μετοπώρῳ μάλιστα ἡ θέσις ἡ τοιαύτη τῆς πόλιος.

ὁκόσα μὲν οὖν ἐστιν ἑλώδεα] Vide Athenæum lib. 2. ubi hunc locum ex hoc libro adducit.

ἀλλὰ τοῦτε ὀμβρίου ὕδατος ἐπιτρεφομένου] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, ut eas velut novo accedente ſemper imbre refici aut augeri velit. Cornarius ἐπιφερομένου legiſſe videtur, cum novam ſemper aquam pluviam inferri dixit.

καὶ τεθολωμένα] Vitioſa ſunt exemplaria, quæ τεθηλωμένα pro τεθολωμένα legunt.

καὶ βραγχωδέστατα] Iſtud non legunt quædam exemplaria, legit tamen Calvus.

καὶ μεμυωμένους] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, plenos dixit Cornarius, moleſtos Calvus, haud ſcio qua ratione. Ego μεμυωμένους σπλῆνας velut μεμυωκότας dici exiſtimo & πεπυκνωμένους, aut συνεσφιγμένους, compreſſos, concluſos, ac condenſatos, ac velut induratos, ab aquis nivalibus & glaciatis: Qua ratione μεμυωμένων, μεμυκότων, & πεπυκνωμένων, ac συνεσφιγμένων exponitur Heſychio. Ac certe ſi quid augurari mihi liceat, exiſtimo hunc locum ſubindicari & explicari

explicari à Galeno, cum *μεμαλυσμένους* exponit, ſcribitque quoſdam *τοὺς καλεψυγμένους*, quoſdam etiam *τοὺς ἐσκιῤῥωμένους καὶ λιθώδεις* accipere. Sed certe pro *μεμαλυσμένους*, *μεμυωμένους* legendum apud Galenum cenſeo, ut lienes velut ab aquis nivalibus ac glacialibus refrigeratos, aut induratos, ac lapideos indicet. Iſtaque à *μύω* mihi deducta videntur. Cornarius autem & Zuingerus à *μῦς* deduxerunt, cum in tumorem rotundum elatos ac plenos acceperunt. Paulo poſt vero pro *καταλελεπτύνται*, quædam exemplaria manuſcripta *καταλεπτοῦνται* legunt.

τάς τε κοιλίας ξηροτάτας] Sic legunt exemplaria omnia. Cornarius tamen *θερμοτάτας* legiſſe videtur.

τοῦτο μὲν τὸ νόσημα] *ξυντροφον νόσημα* hîc accipio velut Gal. Comm. 5. in lib. 6. Epid. *ξυντρόφους νόσους* exponit *τὰς ἐκ πολλοῦ χρόνου κατὰ τὸ σῶμα τῶν ἀνθρώπων διαμενούσας*, velut una nobiſcum educatos ac connutritos, hoc eſt, aſſuetos, familiares ac diuturnos, velut ſcripſimus in noſtra Oeconomia.

τοῦτο δὲ γίνεται ὑπὸ ὑδέρου] Sic quidem legunt publicata omnia exemplaria. Sed quidam codices manu ſcripti hanc habent lectionem, *τοῦτο δὲ γίγνεται ὁκόταν ὑδρωπιήσωσιν αἱ ὑστέραι.*

ἐναντία εἶναι] *εἶναι* pro *ἐστὶν* habent exem-

G plaria

plaria omnia, ut & paulo poſt, *ἀγαθαὶ εἶναι* pro *εἰσί*.

ἄριστα δὲ] Hunc locum adducit Athenæus lib 2. ex libro *περὶ τόπων*, & *λόφων ξηρῶν* legit, pauloque aliter.

τῷ μὲν πάντα πίνειν] Sic quidem legunt omnes quos vidimus codices, quidam tamen *τῷ μὲν παντὶ* legi annotant, quod etiam fecit Cornarius.

καὶ τὰ μεταξὺ θερινῆς ἀνατολῆς] Sic quidem legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria. Mihi tamen valde probatur iſta codicis Auguſtini Guadaldini lectio, quam mihi perhumaniſſime communicavit Jacobus Santalbinus Collega noſter amiciſſimus & doctiſſimus. *φαυλότατα δὲ τὰ πρὸς τὸν νότον, καὶ τὰ μεταξὺ χειμερινῆς ἀνατολῆς καὶ δύσιος*. ut eæ aquæ maxime improbentur, quæ inter ortum hybernum & occaſum ſcaturiginem habent.

καὶ τὰ καιρεώτατα,] Sic legunt vulgati codices, vitioſe tamen, quidam etiam manuſcripti *τηκτότατα*, alii *τηκτικότατα* legunt. Ex quibus aquę quæ prompte & facile liqueſcunt, intelliguntur, hoc eſt, emolliuntur, reſolvuntur ac concoquuntur, neque in hypochondriis hærent. Zuingerus tamen iſta active ſumere mavult, ut aquas ad eliquandum & coquendum maxime opportunas intelligat. Verum nobis eſſe ſuſpectam illam lectionem in noſtra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

ſtra Oeconomia indicavimus, & τακερώ-
ταται legendum eſſe monuimus, ut aquæ
maxime molles, ac velut coctione eliqua-
tæ & emollitæ, ac delicatæ accipiantur,
hoc eſt, quæ facile coquantur ac reſolvan-
tur. Quibus τὰ ἀτέραμνα καὶ σκληρὰ ſtatim
opponit. Cornarius certe τὰ τήκεσθαι καιρι-
ώταται mihi legiſſe videtur. Calvus vero
ἕψειν ἄρισται καὶ καιριώταται.

τὰ μὲν οὖν ὄμβρια] Hunc de aquis plu-
viis locum affert Paulus Ægineta, & ex-
ponit.

Cap. 50. *lib.* 1.

τήν τε γὰρ ἀρχὴν] Illud τὴν ἀρχὴν forte
ad Platonica elementorum principia refe-
rendum videtur, ut τοῦ πυρὸς ἀρχὴν dicit
Theophraſtus lib. περὶ πυρὸς, & Calvus
aquæ principium dixit. Paulus vero ubi
hunc locum explicat, τὸ λεπτότατον καὶ κου-
φότατον ſimpliciter extulit.

ταῦτα μὲν ἐστιν ἄρισται] Sic quidem legunt
vulgata omnia exemplaria, quidam tamen
ex codicibus manu ſcriptis, οὐκ ἔστιν legunt.
Verum aquas pluvias optimæ notæ eſſe
ſcribit Paulus cap. 50. lib. 1. & Gal. ex Hip-
pocr. Com. 4. in lib. 6. Epid.

καὶ ἀποσήπεσθαι] ἀποσήθεσθαι lego cum
Corn. aut ἀπηθεῖσθαι, etſi ἀποσήπεσθαι legunt
omnia exemplaria, quod à putredine vin-
dicari indicare poteſt. ἀπὸ enim in com-
poſitione interdum privationem ſignifi-

 cat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

cat, ut in ἀπουδέων, & in ἀποκηδέστερον (quod ἀφροντιστότερον exponit Galen. in Exegesi) item ἀπολαγχάνω & ἀπελπίζω.

ὁκόταν γὰρ ἅπαξ παγῇ] Hac de re vide Plin. cap. 3. lib. 31. & Paul. cap. 50. lib. 1.

ὅτι ὑπὸ τῆς πήξιος ἀφανίζεται] ἀφανίζεται τὸ κουφότατον legunt exemplaria Aldina, Germanica vero καὶ καταξηραίνεται addunt, quod non legit Calvus.

μὴ ᾖ ὁ στόμαχος τῆς κύστιος ξυμπέπρακται λίθῳ] Sic quidem legunt publicata exempl. Germanica, reliqua ξυμπέπραται, & aſteriſcum apponunt, ſuſpectæ lectionis notam. Nec dubium eſt quin ξυμπίμπραται legerit Cornarius, ut veſicæ & una cum veſica ardeſcens aut igneum intelligat. Quem in ſenſum una cum ea conſpirans diximus, quod per ξυμπέπρακται indicatur, quod paulo poſt τωὐλὸ πτίχειν dicit, etſi de aperto ac minime obturato, ſed amplo, veſicæ oſculo accipi poteſt. Quam in notionem valde placet codicis Auguſtini Guadaldini lectio, quæ ξυμπέφρακται habet, ut minime occluſus ſit veſicæ ſtomachus.

καὶ συστρέφεται] *Sic quidem legunt omnia* exemplaria, quæ lectio valde eſt popularis, ſignificatque in veſica manere ac colligi, coacervari, & concreſcere quod in urina eſt maximè craſſum & returbidum ad calculum generandum. Sed Galenus in Exegeſi στρέφεται legiſſe videtur, cum ex hoc libro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

libro adducit, & τὸ οἷον ἐνοικεῖ exponit, velut inhabitat, aut verſatur, ut indicavimus & expreſſimus in noſtra Oeconomia. Quod facit ut iſta quæ in vulgatis codicibus libro de Capitis vulneribus annectuntur, recte ab interpretibus ad hunc locum ſint reſtituta. Hic autem παχύτατον καὶ θολωδέστατον, ut antea lego, pro χολωδέστατον, quod etiam in codice Auguſtini Guadaldini legi audio.

τοῖσι δὲ θήλεσιν αἰδοίοις] Iſtud longe aliter mihi videtur legiſſe Calvus. Codex vero Auguſtini Guadaldini legit, τοῖσι δὲ θήλεσι λίθοι οὐ γίνονται ὁμοίως.

ἐς γὰρ τὰ αἰδοῖα ξυντέτρηωται] ξυντέτρηνται legit codex Auguſtini Guadaldini, & ſubjungit, οἱ δὲ ἄνδρες οὐκ εὐθὺ τέτρηνται, καὶ διότι οἱ οὐρητῆρες οὐκ εὐρεῖς, καὶ πίνουσι πλεῖον, ἢ οἱ παῖδες. Quidam tamen pro πίνουσι οὐρέουσι legunt, ſed poſtea, οἱ οὐρητῆρες εἰσὶν εὐρεῖς legunt.

ὧδε ἄν τις ἐνθυμεύμενος] οὕτω δ' ἄν τις ἐνθυμεύμενος legunt exemplaria quædam manu ſcripta. In Regio vero uno manu ſcripto codice ſic legitur hoc principium, οὕτω ὁ ἄν τις ἐνθυμεύμενος διαγινώσκοι. Hîc vero ubi περὶ δ' ἐτέων legitur, codex Auguſtini Guadaldini περὶ δ' ὡρέων legit.

ἢν μὲν γὰρ κατὰ λόγον] Hunc locum ex hoc libro adducit Galen. Comment. ad aph. 8. lib. 3. & paulo aliter legit. Quid autem

ſit εὔδιος χειμὼν, in noſtra Oeconomia aperuimus.

ἢν δὲ ὁ μὲν χειμὼν] Hunc locum integrum adducit Gal. ex hoc lib. Com. ad aph. 11. lib. 3. & paulo aliter legit. Pro αὐχμηρὸς autem ξηρὸς habent exemplaria manu ſcripta.

καὶ ὀφθαλμίας ἐμποιεῖν] ἀνάγκη τὸ θέρος πυρετῶδες εἶναι, καὶ ὀφθαλμίας, καὶ δυσεντερίας ἐγγίνεσθαι, legiſſe videtur Galenus, ut recte reponunt interpretes. Exemplaria vero manu ſcripta legunt, κατὰ τὸ θέρος ὀφθαλμίαι γίνονται ἰσχυραὶ, τοῖσί τε παισὶ καὶ γυναιξὶ πυρετοί.

ἀνάγκη διαπλοόν τε καῦμα εἶναι] Sic legunt exemplaria publicata vitioſe pro διπλόον. Galenus vero διπλοῦν legit.

τῶν τε κοιλιῶν μὴ ξυνεστηκυσῶν] μὴ ξυνεστηκυιῶν legit Galenus, etſi ſatis mihi conſcius ſum, Mercurialem & Zuingerum ſummos in arte Medica viros, iſta verba, alium in locum rejicere.

μηδὲ πλαδᾶν] pro πλαδᾶν, συντήκεσθαι legit Galenus, & συνεμπίπλειν, pro ἐπιπίπλειν. Sunt vero qui pro πλαδᾶν, φλυδᾶν aut μυδᾶν legunt.

καὶ τοῖσιν εἴδεσιν τοῖς ὑγροτάτοις] καὶ τοῖσιν ἀνδράσι τοῖσιν ὑγροτέροισι legit Galenus, ut & exemplaria quædam manuſcripta.

καὶ ἢν μὲν ἐπὶ κυνὸς] Iſtis etiam verbis hunc locum attribuit Galenus. Com. ad aph. 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

aph. 11. lib. 3. etſi vitioſe paulo leguntur noſtris in codicibus.

ἢν δὲ ὁ μὲν χειμὼν] Vide aph. 12. lib. 3.

πρὸς τὸ ἦρ ἐκτιτρώσκεσθαι] Sic diſtinguunt omnia exemplaria, ſed lego, καὶ ὁ τόκος αὐτέῃσιν ᾖ πρὸς τὸ ἦρ, cum Interpretibus.

τοῖσι μὲν οὖν φλεγματίῃσι] Hæc verba ex hoc libro adducit Galenus Comm. ad aph. 12. lib: 3.

ὀφθαλμίαι ξηραὶ] ὀφθαλμίας ξηρὰς legit Galenus.

τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι] Galenus legit, τοῖσι δὲ ἄγαν πρεσβυτέροισι, & τὴν ἔκληξιν τῶν φλεβῶν. Quam lectionem ſequitur Cornarius. Reliquum etiam ſic legit Galenus, ὥστε ἐξαπίνης ἀπόλλυσθαι, τοὺς δὲ παραπλήγας γίνεσθαι τὰ δεξιὰ, ἢ τὰ ἀριστερά. Quam lectionem partim ſecuti ſumus, quod eam bis repetat Galenus, nec horum verborum [ὑπὸ φρενίτιδος] meminerit. Vitioſa autem ſunt exemplaria, quæ τὴν ἁρμότητα pro ἀραιότητα ſcribunt.

ὁκόταν γὰρ τοῦ χειμῶνος] Cornarius τοῦ χειμῶνος ἐόντος νοτίου καὶ ἐπομβρίου καὶ θερμοῦ legit. Quædam exemplaria νοτίου καὶ διαβρόχου καὶ θερμοῦ, habent. τὸ σῶμα vero lego, pro τοῦ σώματος, cum omnibus interpretibus, & ἔδῃ pro ἔλῃ ut legitur in Auguſtini Guadaldini codice manuſcripto, etſi Cornarius ξυνέβη legiſſe videtur, & τηνικαῦτα

ἅμα τῷ ἦρι πήγνυται cum Calvo. At vero in his quæ ſequuntur, Corn. ſecuti ſumus, & illud, *καὶ λειεντερίαι καὶ ὕδρωπες* ad hunc locum retulimus. Etſi exemplaria quædam manuſcripta ſic hunc locum legunt, ut poſt *ἐπίπτωσιν*, hęc addantur, *ἅσσα πολέμια ἀνθρώποισιν ἐόντα νόσους ποικίλας ἐπιφορέει. καὶ γὰρ λειεντερίαι καὶ ὕδρωπες ἐπιγίγνονται, καὶ τελευτῶσι τοῖσι νοσεύμασι.*

ἢν δὲ τὸ θέρος ἔπομβρον] Hujus loci meminit Galenus Com. ad aph. 13. lib.3. iſtoque ordine collocat, ſed vitioſe legitur noſtris in codicibus Græcis.

καὶ τὸ μετόπωρον] *καὶ φθινόπωρον ὡσαύτως* legit Galenus, quam lectionem cum omnibus Interpretibus ſecuti ſumus. Quod ſequitur, *καὶ τοῖς φλεγματίοισιν*, aliquantum ſuſpectum videtur, quod horum nihil omnino adſcribat Galenus, tum quod pluvioſæ & auſtrinæ tempeſtati non admodum familiares aut congruentes, hi morbi videantur.

ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν γένηται] Vide aph.13. l.3. ubi iſtius loci meminit Galen., & *θέρος αὐχμηρὸν καὶ βόρειον*, & *τὸ φθινόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον* legit, quam lectionem cum Interpretibus ſecuti ſumus. Vitioſa quoq; ſunt exemplaria quæ *φύσιας* pro *φθίσιας* legunt, quæ tamen ſecutus eſt Calvus.

ἢν δὲ βόρειόν τε ᾖ] Vide aph. 14. lib. 3. ubi hujus etiam loci meminit Galenus.

ὀφθαλ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

ὀφθαλμίαι ξηραὶ] Pro ξηραὶ ἰσχυραὶ legunt exemplaria quædam manuſcripta, ſed ξηραὶ bis legit Galenus.

τῆς γὰρ χολῆς] Iſtud ſic legit Galenus, τῆς γὰρ χολῆς τὸ μὲν ὑγρότατον καὶ ὑδαρέστατον ἀποξηραίνεται καὶ ἀναλίσκεται, τὸ δὲ παχύτατον καὶ δριμύτατον λείπεται, καὶ τοῦ αἵματος κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ἀφ' ὧν ταῦτα τὰ νοσήματα αὐτοῖς γίνεται. Quædam etiam exemplaria manuſcripta, pro ἄφνω, ἐφ' ὧν legunt.

ἀποξηραίνονται γὰρ] Hunc locum ſic legit Galenus, ἀναξηραίνονται γὰρ καὶ εἰς τὸν χειμῶνα ἀφικνέονται οὐ πλαδῶντες, ἀλλὰ ἀναξηραινόμενοι, hoc ſenſu. Reſiccantur enim & ad hyemem ſuperflua humiditate minime diffluentes, ſed reſiccati perveniunt. Quam lectionem ſequuntur Interpretes. Eodem tamen recidit vulgata lectio, ut ſimilium temporum ſucceſſione reſiccati, ad hyemem perducantur.

κατὰ ταῦτα τὶς] Quæ ante hæc leguntur, ἢν δὲ ὁ χειμὼν βόρειος, ſuſpecta ſunt, cum paulo ante jam ſcripta ſint, ideoque cum Interpretibus ea rejecimus. ἐννοούμενος autem exemplaria quædam manuſcripta legunt, pro ὁ νοούμενος.

τὰ δὲ λήγει] λύει pro λήγει legunt exemplaria quædam manuſcripta.

τὴν Ἀσίην πλεῖστον] Hunc locum adducit ex hoc libro Galenus, libro, Quod animi mores corporis temperamentum ſequuntur.

καὶ τὰ ἔθνεα τῶν ἀνθρώπων] καὶ τὰ ἤθεα τῶν ἀνθρώπων ἡμερώτερα legit Galenus. Exemplaria quædam manuſcripta εὐεργότερα legunt, pro ἐνεργότερα.

οὔτε ὑπὸ ψυχῆς βεβιασμένη] Sic legunt omnia exemplaria. Sed Galenus lib. Quod animi mores, &c. ὑπὸ ψυχῆς πέπτεται legit, ſi modo vera eſt lectio.

τὸ δὲ ἀνδρεῖον] Hunc locum producit Galenus lib. Quod animi mores, &c. ſed ταλαίπωρον legit, & ἔμπονον omittit. Certum autem eſt interpretes omnes ταλαίπωρον legiſſe, cum ἀταλαίπωρον habeant omnia quæ videre licuit exemplaria. Et certe ἔμπονον & ταλαίπωρον recte junguntur, & Aſiaticorum imbellis & delicata natura malorum, ærumnarum & laborum tolerantiam refugit.

μήτε ὁμόφυλον] οὔτε ὁμοφύλου, οὔτε ἀλλοφύλου legitur apud Galenum, vitioſe tamen. Idem quoque, ἀλλὰ τὴν ἡδονὴν ἀνάγκη κρατέειν, legit. Etſi vero ea notione quam adſcripſimus ſenſus recte conſtare poteſt, hic tamen totus locus non parum ſuſpectus habetur.

τοῦ ἡλίου τῶν ἀνατολῶν τῶν χειμερινῶν] pro χειμερινῶν, θερινῶν legit Auguſtini Guadaldini codex manuſcriptus, quod conſtet ad æſtivum Solis ortum poſitam eſſe Mæotidem paludem, non ad hybernum. Nam ortus hybernus ad Capricorni Tropicum

picum infra Æquinoctialem, verſus polum Antarticum ſitus eſt. Mæotis autem palus ad ortum æſtivum verſus Tropicum Cancri, & verſus Arcticum polum, ab omnibus eſt poſita, ut cuivis vel in Geographia mediocriter verſato manifeſtum eſſe poteſt. Quod non mediocriter Cardanum torſit, qui tamen vulgatam lectionem retinuit.

εἰσὶ γὰρ φύσιες] δενδρώδεσί τε καὶ ἀφύδροισιν legunt vulgata exemplaria, quæ ſecuti ſumus cum Cornario. ἐφύδροισιν tamen habent exemplaria quædam manuſcripta, quæ ſecuti ſumus cum Cornario, ἀνύδροις autem habent exemplaria quædam manuſcripta, quæ ſecutus videtur Calvus, quædam etiam ἀφύδροις. Quæ ſane lectio non improbatur.

αἱ δὲ λειμακεστέροις] λειμακέστεροι exponuntur Erotiano λιμακώδεις, nempe hoc ſubindicato loco, qui etiam addit λέγονται οἱ λιμνώδεις, καὶ καταφυτοι, καὶ ὁμαλοὶ τόποι. Ac certe exiſtimo λιμακεστέροις & λιμακώδεσι apud Erotianum legendum eſſe, & huc referendum.

ὁ γὰρ γόνος] Hunc locum innuere videtur Galen. libello, Quod animal ſit quod utero continetur, aut certe alium huic ſimilem, velut lib. περὶ γονῆς. aut lib. περὶ ἱερῆς νούσου, qua de re antea ſcripſimus.

οὐκ ἔτι γίγνονται ὡς πρότερον] ἢ πρότερον legunt exemplaria quædam.

ἀλλὰ μονοξύλοις] Hunc locum in Oeconomia noſtra expreſſimus.

ἀναλθέες εἰσὶν] Sic quidem legunt quæ omnia vidimus exemplaria, ſed nos ex Erotiano & Galeno *ἀναλδέες* legimus, & *ἀναυξεῖς, ἄτροφοι* explicamus, ut ſcripſimus in noſtra Oeconomia, ubi etiam monuimus quoſdam hîc *ἀναλκέες* legere.

ἠήρ τε πουλὺς] Aërem caliginoſum dicimus, cum nomine aëris hîc qualitas indicetur, conſtetque Græcis ſic ſæpe aëris vocem ſumi, deinde quod ex paludibus aër caliginoſus naſcatur, quodque totus Euxinus Pontus nubiloſus ſit.

καὶ διερῶ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed pro *διερῶ* Erotianum *λιβρῶ* hîc legiſſe ſcripſimus in noſtra Oeconomia, & *σκοτεινῷ καὶ μέλανι* exponere.

περὶ μὲν τοῦ φύσιος] *καὶ περὶ μὲν τοῦ φύσιος* legunt exempl. manuſcripta. Quod vero ſequitur *ἐν τῇ Ἀσίῃ καὶ τῇ Εὐρώπῃ*, quidam ultima verba expungenda exiſtimant, quod nondum de Europæis verba fecerit, & Phaſiani ab omnibus inter Aſiaticos annumerentur, & nominatim à Xenoph. lib. 4. *περὶ ἀναβάσεως*: tum etiam quod paulo poſt cum ad Europæos accedit, *περὶ μὲν τοῦ ἐν τῇ Ἀσίῃ* ſolum ſcribat. Deinde harum dictionum *περὶ μὲν*, & *περὶ δὲ* vis inſpicienda & conjungenda videtur.

περὶ δὲ τῆς ἀθυμίης] Hunc quoque locum

adfer

dfert Gal. libello, Quod animi mo-
es, &c. Sed longe aliter legitur & vitioſe
oſtris in codicibus. ἀπολεμώτατοι etiam
uædam exemplaria legunt, pro ἀπολεμώ-
τεροι.

ἀεί τε ἐγείρουσι] αἵ τε ἐγείρουσι legunt codi-
es quidam manuſcripti, & ἐῶσαι pro ἐῶσι,
t & Aldina exemplaria.

ἄναλκες εἶναι] ἄναλκες hîc ἀβοήθητον
mavult ſignificare Erotianus, quam ἄναν-
δρον aut ἀδύνατον. Quod effecit ut omni
ope aut auxilio deſtitutum dixerim, hoc
eſt auxiliaribus aut militaribus copiis, etſi
imbelle recte dixerint omnes interpretes,
quod ἄνανδρον & ἀσθενὲς exponunt, ut ſcri-
pſimus in noſtra Oeconomia.

ἐρημοῦσθαι τὴν γῆν] Sic quidem legunt
quæ adhuc videre nobis licuit exemplaria,
hoc quidem ſenſu, ut cogantur regionem
deſerere propter rei militaris imperitiam
ac otium, ſed ἀπολεμίων καὶ ἀργίης lego, ut
habent pleraque exemplaria & Aldina, etſi
utranque lectionem videtur ſecutus Cal-
vus. Mihi tamen valde probatur Zuinge-
ri lectio, ἡμεροῦσθαι τὴν ὀργὴν, ut neceſſe ſit
hujuſmodi hominibus mitiores eſſe ani-
mos, propter rei bellicæ inertiam. Quam
quidem lectionem deſumptam audio ex
codice Auguſt. Guad. & Octav. Ferrarii.

εὑρήσεις δὲ] Hunc locum adducit Galen.
libello, Quod animi mores, &c.

ἤπερ τὰ ἱερὰ θύουσι] θύωσι legunt exemplaria Regia manuſcripta, Calvus etiam τοῦ Νομίῳ legiſſe videtur.

ἢ ἐπ᾽ αὐτοῦ τοῦ τέω] καὶ ἐπ᾽ αὐτοῦ, pro ἢ ἐπ᾽ αὐτοῦ legunt exemplaria quædam.

καὶ λειμακώδης] λιμακώδης legunt Erotianus & Galen. ut ſcripſimus in noſtra Oeconomia, ubi iſtum locum expreſſimus, & ad Galeni expoſitionem adduximus.

καὶ ψιλὴ] Sic legunt fere omnia exemplaria, quæ nudam & arboribus carentem ſolitudinem ſignificant. Quædam vero exemplaria ut Aldina ὑψηλὴ legunt, quam lectionem Calvus & Cornarius ſecuti ſunt.

αὗται δὲ πιλοῖς περιπεφραγμέναι] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Calvus & Cornarius πηλῷ legiſſe videntur. Erotianus autem πίλοισι legit, additque, πίλοι καλοῦνται παρὰ λάκωσι τὰ σκεπάσματα σκιᾶς χάριν πεποιημένα. Iſtamque lectionem ſecuti ſumus, & πίλοις legimus, cum coactilibus ex lana craſſa compactis obductos currus diximus, etſi πιλοῖς adjective ferri poteſt, quod πιλωτοῖς exponit Heſychius. Qua de re fuſius in noſtra Oeconomia.

ταῦτα δὲ καὶ στενὰ] Sic quidem omnes codices legunt, eamque lectionem ſecutus ſum. Cornarius tamen θενῆ mihi legiſſe videtur, quaſi θέναρα.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

καὶ τὰ πρόβατα ἐόντα] Hîc *τὰ πρόβατα* pecorum poſſeſſionem & armentorum gregem mihi ſignificare videntur, non oves tantum. Eoque reſpexiſſe videtur Erotianus cum ſcribit, *πρόβατα, οὕτω καλεῖ κοινῶς πάντα τὰ τετράποδα νῦν.* Hanc enim dictionem proxime poſt (*πίλοισι*) ſubjungit. Quod ſignificavit Calvus, cum vaccarum, equarum & ovium armenta dixit.

καὶ ἱππάκην τρώγουσι] Hac de re abunde ſcripſimus in noſtra Oeconomia, ſimulque hunc locum expoſuimus. Exemplaria autem ſcripta hîc *μετέρχονται* pro *ἔρχονται* legunt.

ἀλλ' ἀνάντη ὑπὸ τῶν ἄρκτων αὐτόθι] Sic quidem legunt exemplaria Germanica, quæ ſecuti ſumus cum Calvo, Cornario & reliquis Interpretibus. Qua de re vide Ariſt. cap. 1. lib. 2. *Μετεωρολογίας.* Codices manuſcripti *ἀλλ' ἢ αὐτὴ* legunt. Aſulanus codex *ἀλλ' ἢ ἐν τῇ*, & aſteriſcum apponit ſuſpectum locum faciens.

καὶ ἄρθρα καὶ ὑγρά.] Sic legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria. *ἄναρθρα* tamen lubenter lego, ut præ humiditate ac craſſitie minime articuli ac juncturæ conſpiciantur aut appareant, quod antea dixit *ἄρθρον κατάδηλον οὐδέν.* Annotavit autem quidam codices quoſdam *νωθρὰ* habere. *ἄτονα* vero, enervatos eorum habitus & ſine robore propter mollitiem indicat.

ἐν τῇ τοῦ γένους ξυμπήξει] ξυμπήξει aut ξυμμίξει legiſſe videtur Cornarius, & utranque lectionem adſcripſiſſe. Calvus vero ἐν τῇ τοῦ σώματος ξυμπήξει legit. Vitium autem redolent exemplaria, quæ τομοῦ pro γένους legunt. Quod ſequitur etiam codices ſic ſcribunt: ἵνα μή τινος ἀνάγκης βιαίου τύχῃ αὐ, ἢ νόσου, ac forte melius, βίῃ τύχῃ αὐ.

ῥοϊκαὶ δὲ γίνεται] ῥοϊκαὶ lego cum Interpretibus omnibus, ut fluida, laxa, fluxa, & mollia Scytharum corpora ſignificet, etſi ῥοϊκαὶ legiſſe Galenum exiſtimo in Exegeſi, cum καμπύλα expoſuerit, ut ſcripſimus in noſtra Oeconomia. Quo ſenſu diſtorta & incurva vertit Calvus, quod accidit ob corporis proceritatem, longitudinem, & articulorum mollitiem ac laxitatem.

οὐδὲ νομίζουσιν] Illud de inſtituto patrio, aut lege ac conſuetudine ſumo, ut minime illis conſuetum ſit pueros in cunis faſciis involvere, ut corpora vaſtiora, craſſiora & carnoſiora evadant & ad inſidendum aptiora & firmiora. Scio aliam eſſe Cornario & Calvo notionem, iſta tamen ad Hippocratis mentem mihi probe accedere videtur. Codices autem manuſcripti quidam, ἄνεδροι & ἔνεδροι legunt.

πυῤῥὸν δὲ τὸ εἶδος] Id teſtatur Galenus libro 2. de Temperamentis.

οὐ γὰρ φθάνουσι] Calvus longe aliter hunc locum legit, & pro φθάνουσι χαίρουσι legere videtur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

videtur, quod ſecutus videtur Cornarius, qui negationem tamen non appoſuit.

ἀνανδρεεῖς] *ἀνδρεεῖς* legunt exemplaria Aldina, vitioſe ut patet, ſed pro hac voce *ἐνάρεες* ex Herodoto reponit Mercurialis, ut ſcripſimus in noſtra Oeconomia. Ac forte corrupta illa vox ex hoc loco reſtituenda, quod *ἐνάρεες* bellicoſi Jonibus dici quibuſdam exiſtimentur.

κέδματα λαμβάνει]. Hunc locum expreſſimus in noſtra Oeconomia, cum dictionem iſtam explicaremus. *κρεμαμένον* autem lego, non *κρεμαμένων*, ut habent exemplaria omnia.

οἱ ἂν σφόδρα νοσήσωσιν] Sic quidem legunt quotquot mihi videre exemplaria licuit, eo ſenſu quem expreſſimus. Calvus tamen iſta ſequentibus jungit, cum quibus aptius cohærent. At codex Aldinus huic loco aſteriſcum apponit, ut vitii notam indicet, quod certe mihi vero eſt ſimile.

εἰσὶ γὰρ παρὰ τὰ ὦτα φλέβες] Huic loco reſp. quod antea ſcriptum eſt lib. *περὶ γονῆς. ὁκόσοι δὲ παρ' οὖς τετμημένοι εἰσὶν, οὗτοι λαγνεύουσι μὲν καὶ ἀφίασιν, ὀλίγον δὲ, καὶ ἀσθενὲς, καὶ ἄγονον. χωρέει γὰρ τὸ πλεῖστον τοῦ γόνου, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς παρὰ τὰ οὔατα, εἰς τὸν νωτιαῖον μυελόν.* Ex hac autem venarum ſectione nimia ſanguinis profuſione cerebrum imbecillius redditum, & ſpirituum vitalium influxu priva-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

tum, ad reliquas obeundas actiones, & generationem præcipue minus eſt idoneum: Etſi iſtud quidam nervis præſectis tribuunt, quos poſt aures ex ſexta nervorum conjugatione, in teſtes & ſeminaria vaſa deferri aſſerit Veſalius.

καὶ ὅτι ἀναξηρείδας] Sic quidem legunt exemplaria publicata: ſcripta vero *ἀναξυρείδας*, quomodo alii omnes, & oratio etymi apud Euſtathium indicat, *ἐκ τοῦ ἀνασύρεσθαι*, quam dictionem in Oeconomia noſtra expoſuimus, ſimulque hunc locum expreſſimus.

ἢ ἀνανδρωθῆναι] Iſtum quoque locum expreſſimus & expoſuimus in noſtra Oeconomia. At Calvus *ἀνδρωθῆναι* mihi legiſſe videtur.

ἀπὸ τελέων εἰκὸς αἰσθάνεσθαι τὴν φύσιν] *εἰκός ἐστι γίνεσθαι* legunt exemplaria manuſcripta quædam.

διότι τὰ εἴδεα διηλλάχθη νομίζω] *διηλλάχθαι* legunt exemplaria quædam.

αἱ γὰρ φθοραὶ πλείονες ἐγγίγνονται] *τοῦ τόνου* pro *τοῦ γόνου* legunt exemplaria quædam, quæ ſecutus videtur Calvus, cum debilitari & vires perdere dixit.

καὶ τὸ ἀμίαντον] Sic quidem legunt omnia exemplaria, quod morum integritatem, fidem, ac conſtantiam & pertinaciam ſignificat. Sed *ἄμικτον* lego ex Galeni libello, Quod animi mores, &c. (etſi illic *ἄμυκ-*

ἔμυκτον vitioſe legitur) quod minime ſociabile ſignificat, aut non coibile (ut loquitur Gellius) quodque hominum ſocietatem & communionem averſatur, quales ſunt natura agreſtes & feri; ſolitarios & ſævos dixit Calvus. Sunt tamen qui ἀμίλικτον pro ἀμίαντον legunt, quod durum & implacabile ſignificat, cui τὸ ἤπιον opponit, ut & τῷ ἀγρίῳ τὸ ἥμερον.

διότι δυσψυχοτέρους] Sic lego potius quam καὶ ὅτι δυσψυχροτέρους, quod legunt exemplaria Aldina vitioſe.

ἐν δὲ τῷ μεταβαλλομένῳ] Eadem exemplaria vitioſe legunt, ἐν δὲ τῷ καταβαλλομένων.

ὁκόσοι μὲν χώρην] Hunc locum adducit Galenus libello Quod animi mores, & paulo aliter legit, ὑψηλὴν καὶ ἄνυδρον cum Galeno lego, etſi ψιλὴν καὶ ἔνυδρον legunt exemplaria plæraque.

οὐδὲ κανονίαι] Sic legunt omnia exemplaria, etſi Aldina aſteriſcum appónunt, cujus dictionis vim & explicationem in noſtra Oeconomia adſcripſimus, & Galeni & Erotiani expoſitionem ſecuti ſumus. Galen. libello Quod animi mores, &c. οὐδ᾽ εὐμηκέες legit; quæ videtur eſſe iſtius dictionis explicatio.

οὐκ ἂν ὁμοίως ἐνείη] οὐκ ἂν ὁμοίως ἔχοιεν legit Galenus, & νόμος δὲ προσγενόμενος ὑπεργάσεται. Vbi νόμον exprimit, τὴν νόμι-

μὲν ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ τοῦ βίου διαγωγὴν, ἣν δὴ καὶ τροπὴν, καὶ παιδείαν, καὶ συνήθειαν ἐπιχώριον ὀνομάζομεν, vitæ inſtitutum, educationem, vivendi modum; mores vernaculos, & patriam conſuetudinem.

τῆς γαστρὸς ἀτηρέα εἶναι] Sic legit exemplarium magna pars, quædam etiam περὶ γαστρὸς ἄτεα εἶναι καὶ σπληνέα. Cornarius vero Φρεατιαῖα, pro κρηναῖα mihi legiſſe videtur. Zuingerus autem λιμναῖα. Vitioſe etiam quædam exemplaria, ἐδώδεα pro ὀδώδεα habent. Iſtam vero dictionem expoſuimus in noſtra Oeconomia, ſimulque locum iſtum expreſſimus.

καὶ λείην] καὶ λιστὴν legit Galenus & quædam exemplaria manuſcripta, quod lævem, planam, æquabilem, quaſi λίαν ἴσην ſignificat ut τρηχείῃ opponatur. Quod ſequitur ſic legit Galenus, εἶεν ἂν εἴδεα μεγάλοι, καὶ ἑωυτοῖσι παραπλήσιοι καὶ ἀνανδρότεραι δὲ καὶ ἡμερώτεραι τούτων αἱ γνῶμαι.

ὁκόσοι δὲ λεπτά τε] Pro λεπτὰ λυπρὰ legiſſe Galenum exiſtimo in Exegeſi, cum λυπρὰ ψιλὰ καὶ ξηρὰ χωρία exponit, ut ſcripſimus in noſtra Oeconomia, hoc ſubnotato loco.

ταῖς δὲ μεταβολαῖς] Sic legit magna codicum pars, quam lectionem cum Calvo retineo, quam etiam in Auguſtini Guadaldini codice ſcriptam eſſe audio, etſi quædam exemplaria οὐ κέγχρην δὲ legunt, Galenus

nus autem σὺν εὔκρητα ἔχοι legiſſe videtur, cum εὔκριτα vitioſe ſcribant noſtra exemplaria.

καὶ τὰς ὀργὰς αὐθάδεις τε] καὶ τὰς ὁρμὰς αὐθαδέας τε legit Galenus, ut mores & animi impetus arrogantes, & nimium confidenter ſibi placentes intelligas. Quod ſi vulgatam lectionem retineas, mores rigidos, & animum implacabilem ac contumacem ſignificat. Has autem dictiones expoſuimus in noſtra Oeconomia.

καὶ ἡ χώρη ἐν ᾗ ἄν τις τρέφεται] Sic legunt plæraque exemplaria quæ ſecutus ſum cum Interpretibus. Quædam etiam ἐν ᾗ ἀντιστρέφεται) legunt, minus recte (ut opinor) quæ ſecutus videtur Calvus.

εὑρήσεις γὰρ ἐπὶ τὸ πλῆθος] ἐπὶ τὸ πολὺ legit Galenus, & τὰ εἴδεα.

ἡ γῆ πιθηρὴ] Sic quidem legunt omnia fere exemplaria, quædam etiam πιειρὴ, quam dictionem ſæpe uſurpat lib. περὶ φύσιος παιδίου. Apud Galenum πικρὴ vitioſe legitur. Quidam etiam τηκερὴ legunt, quod Jonicum eſt, pro τακερὴ, ad quod accedit Galeni lectio, facilis enim lapſus eſt à τηκερὴ in πικρὴ.

καὶ τὰ ὕδατα κάρτα μετέωρα] κάρτα μετέωρα ἔχουσα legit Galenus.

ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ] Iſtud ſubſequentibus jungit Galenus, ſicque legit, ὥς τε ἐπὶ τὸ πολὺ τόν γε ῥάθυμον καὶ τὸ ὑπνηρὸν ἔνεστιν ἐν αὐ-

τοῖς

τοῖς ἰδεῖν. Vitioſe autem in noſtris Galeni codicibus ταλαίπωροι pro ἀταλαίπωροι legitur.

καὶ ἀνώχυρος] ἀνώχυρος regionem non munitam aut defenſam ſylvis ſignificat, ut diximus in noſtra Oeconomia. Cornarius natura munitam dixit, quod eſſet acceſſu difficilis, ut vertit Calvus. Sic autem legit Galenus. ὅκου δέ ἐστιν ἡ χώρη ψιλὴ, καὶ χίονι ὑπὸ τοῦ χειμῶνος πιεζομένη, ἢ καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου κεκαυμένη.

καὶ ἰσχνοὺς] ἰσχυροὺς legit Galenus, quam lectionem ſecutus eſt Cornarius. Idem εὐτόνους καὶ δασέας ἴδοις legit.

τό τε ἐργατικὸν] Galenus legit τό τε ἐργαστικὸν ὀξὺ ἐνεὸν ἐν τῇ φύσει τῇ τοιαύτῃ καὶ τὸ ἄγρυπνον.

καὶ τὰ πολέμια] τὰ πολέμου legit Galenus.

F I N I S.

Errata Typographica ſic corrigenda.

Pag. 3. lin. 12. lege πολὺ. *lin. 20. ibid. lege* ἐόντα. *pag. 4. lin. 12. lege* ἤ τις. *lin. 30. ibid. lege* δίαιταν. *pag. 7. lin. 22. lege* ἑλείοισι. *pag. 8. lin. 13. lege* ἀγαθοὶ. *pag. 10. lin. 17. poſt* σκληρῶς *repone punct. pag. 13. lin. 13. lege* ἑωθινὸν. *ibid. lin. 16. lege* δύ-σχοάτε. *ibid. lin. 21. lege* εἰσὶν. *pag. 14. lin. 16. lege* ἑωθινὸν. *pag. 15. lin. 7. poſt* σφόδρα *repone punct. pag. 16. lin. 3. lege* ἐόντα. *ibid. lin. ult. lege* θανατωδέστατοι. *pag. 21. lin. 20. poſt* ἔχει *repone punct. pag. 24. lin. 20. poſt* πάντα *repone punct. pag. 27. lin. 8. poſt* ξυνστρέφεται *repone punct. pag. 28. lin. 18. poſt* λιθιᾷ *repone punct. pag. 29. lin. 21. lege* δύνουσί τε. *ibid. lin. 24. lege* μέτριος. *pag. 32. lin. 11. poſt* νολίου *adde* καὶ ἑπομένου. *pag 34. lin. 15. pro* ἐφ' ᾧ *lege* πάντα. *pag. 35. lin. 17. lege* τὰ δὲ ἄλλα. *pag. 62. lin. 2. lege* μελανότριχες. *pag. 70. lin. 10. lege* γυναικείης. *pag. 71. lin. 9. pro* δυσεντηρείας, *lege* δυσεντερείας.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 18